This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

QB
7
.A691
1667





MA XV. 2.13

R. 4° = 2307

BIBLIOTECA RICCARDI
IN MODENA

S. XV F. 2 N. 13.

TABVLÆ PRIMI MOBILIS ANDREÆ ARGOLI.

MAXV [illegible]

R.


PHÆNOMENA
ARITHMETICA
RATIO
GEOMETRIA
OBSERVATIONES
PRIMI
MOBILIS
TABVLÆ
ANDREÆ
ARGOLI
EQVITIS
&c.
A ARGOLI
EPHEM
D. CRIT
Giu. Georgi f.

MAX

ILLVSTRISSIMIS D. D.

MARTINO,

ET

LVDOVICO

FRATRIBVS VIDMANNIS

NOBILIBVS VENETIS, COMITIBVS, &c.

Petrus Maria Frambottus Felicitatem.

NOn primum hoc recenſque domus noſtræ erga vos fidei, ac venerationis pignus. Nam parens olim veſtra facilitate, ac manſuetudine fretus, auſus eſt tantæ nomina famæ typis ſuis præſcribere, & inde operi claritatem circumfundere, vnde Venetæ rei ingens decus, ſcriptoribus ipſis par dignatio, & pretium accedit. Etſi enim auctor, qui & aliàs hoc inſigni decoratus prodiit, & hodie opera noſtra eodem titulo ſe circumſpicit, per ſe clarus pollenſque ſit, nec prælum modo noſtrum, ſed omnium ingenia, atque admirationem

fati-

fatiget, iterum in ſcenam, atque ora hominum productus, veſtris auſpiciis ſibi caueæ fauorem, ac veteres plauſus pollicetur, in quorum venerationem ſonantibus cuneis Theatra conſurgunt. Alioquin operis magnitudine, atque argumenti maieſtate, ſibi blandiebatur, quod veluti in ſacrarum ædium faſtigio nomen veſtrum inſcriberetur. Quippe Cœli templa ſerena luſtrat, atque in ipſam Mundi arcẽ iniecta contemplatione, naturæ culmen, ſiderum motus, & ipſum mouens percenſet, ac fatorum arbiter, mortalium ſpes metuſque verſans, ſupera arcana recludit, atque ex illo æternæ lucis fonte claritudinem vobis adflat, a quibus ipſe iubar acceptu-rus eſt. Inde ſpes mihi, in tanto vtrimque fulgore, laborem meum, licet atramento & plumbo cenſeatur, nec obſcurum nec inglorium fore, qui ſicut obſequium cultumq; Vidmannæ gentis cum paterna hereditate creui, ita officio, ſiue potius pietate erga vos, nemini mortalium, ac ne ipſi quidem parenti conceſſurus ſum. Valete Patauij Nonis Iulii MDC LXVII.

AV-

AVTHOR LECTORI.

IN inconſtanti (lentiſſima tamen) Ecliptica ab Aequatore digreſſione, eam pro noſtris Tabulis ſeligere par erat, quæ temporum noſtrorum obſeruationibus maximè conſentanea foret. Tychonis Obliquitatem ut grandiuſculam damnat cæterorum Obſeruatorum fides minus dubia, quoniam plurium, & peritiſſimorum. Regiomontano potiùs adſtipulantur Landgrauius Haſſiæ, Grunbergerus, Graſſus, Collegium Romanum, Lansbergius, Hortenſius, Gaſſendus, Mathematici Londinenſes, Andreas Morettus Academiæ Patauinæ Mathematicus, vt in omnibus, ita in obſeruationibus accuratus, cuius lucubrationes Aſtrophili non abſque vtili iucunditate breui deguſtabunt; cæteriquè Aſtronomi primæ notæ, qui idipſum ex ipſius Tychonis obſeruationibus ſe elicere profitentur. Quod ſi non lubrica ſed conſtans ſit Solaris Orbitæ inclinatio, vt Keplerus ſuſpicatur, noſque cum plurimis exacti iudicij Profeſſoribus; non ſecus ac eius Eccentricitas, quam firmam experimur contra Antiquorum ſomnia: quantò magis illi erit inſiſtendum, quæ neotericorum experimentis congruat in pauciſſimis tantùm ſecundis diſſentientibus? Hanc nos graduum 23 cum dimidio aſſumpſimus: verùntamen vt noſter labor eorum etiam palato arrideat, qui ne lato quidem vngue à Tychone diſcedere piaculum arbitrantur, Declinationum Tabulam ad huius mentem accomodatam exhibemus, vt ea cum differentia Aſcenſionali & alijs, his præſto eſſe poſſit: in quorum gratiam ſubdidimus etiam ſingulis Canonibus Quæſitorum inveſtigationem ac proinde Tabularum ſtructuram per Triangula; vt quam quiſque rationem magis probaret, eam ſequi integrum cuique foret; licet eos omnes ipſarum Tabularum apparatu liberè vſuros confidamus, quibus unius, aut alterius minuti diſcrimen vix alicubi ſubeſſe poſſe, Directiones verò ipſas nunquam centrales (vt aiunt) euenire, ratio, & experientia ſuaſerint. His fruere Lector, & Vale.

IN-

INDEX CANONVM, ET TABVLARVM HVIVS OPERIS.

IN PRIMO TOMO.

QVid Directio, Quotuplex: Qui Signific. & qui Promiſſ. C. I. Pag. 1.
De Motu reali in Directionibus, & duplici via eas componendi. Cap. II. 2
De Latitudine ſeruanda in Directionibus. Cap. III. 3
Quæ ſint neceſſaria ad Directiones, & de ordine Tabularum. Cap. IV. 6
De Declinatione. Cap. V. 7
Tabula pro Declinat. ſupputandis. 15
Pro Inuenienda Aſcenſione Recta cuiuslibet loci, tam cum latitudine, quàm ſine. Cap. VI. 16
Ad eliciendam Aſcenſionem, & Deſcenſionem obliquam, tam cum latitudine, quàm ſine, ad omnes Poli Borealis Eleuationes. Cap. VII. 17
Aſcenſione Recta cognita quomodò indagatur quis gradus Zodiaci illi reſpondeat. Cap. VIII. 19
Data Aſcenſione, vel Deſcenſione obliqua ſub quacumque Poli altitudine, quomodo indagatur quis Ecliptica gradus illi conueniat. Cap. IX. 20
De Differentia Aſcenſionali, & illius vſu præcipuo ad indagandas Aſcenſiones, & Deſcenſiones obliquas locorum extra Zodiacum. Cap. X. 22
De Diuiſione Partium in Figura cœleſti. Cap. XI. 23
Pro inuenienda Diſtantia Stellæ à meridiano, ſeu medio Cœli. Cap. XII. 24
De Directione Medij Cœli, & Aſcendentis. Cap. XIII. 24
De Circulis Poſitionis. Cap. XIV. 27
De Directione Significat. extra Angulos in parte Cœli Aſcendente. C. XV. 29
De Directione ſignificatoris extra angulos in parte Cæli Deſcend. C. XVI. 31
Quomodo Significator conſtitutus in parte Cœli Deſcendente dirigatur per Aſcenſiones ac ſi eſſet in parte Aſcendente. Cap. XVII. 32
De Profectionibus. Cap. XIIX. 33
Tabula Profectionum Genituræ exemplaris. 35
Tabula Motus Diurni Annuarum Profectionum. 36
Tabula Profectionum Menſurnarum. 39
Tabula Profectionum Diurnarum. 43
Tabula Dierum Totius Anni Communis, & Biſſextilis. 45
De Annorũ Reuolutionibus. C. XIX. 48
De Conſtruẽda Cœleſti Figura. C. XX. 51
Tabula Conuerſionis Horarum, &c. in Gradus, &c. Æquatoris. 53
Tabula Conuerſionis Graduum, &c. Æquatoris in Horas, &c. pag. 54
Tabula Domorum. 55
De Partibus Proportionalibus, & Tabula Sexagenaria. Cap. XXI. 56
Tabula Sexagenaria. 60
TABVLA Declinationum. Nouo init. 1
Tabula Aſcenſionum Rectarum. 14
Tabula Aſcenſ. Obliquarum ad Eleuationem Poli grad. 1. 38
Poſt hanc ſequuntur aliæ ad ſingulos gradus Altitudinis Poli vſquè ad 30. incluſiuè.

IN SECVNDO TOMO.

TABVLÆ Aſcenſionum obliquarum ab Eleuationis Poli gradu 31. vſque ad 60. incluſiuè. à pag. 2. ad 721
Tabulæ Poſitionum ab Altitudinis Poli gradu 36. ad 60. incluſiuè. à pag. 724. ad finem operis.

FINIS.

QVID DIRECTIO

Quotuplex; qui Significatores, & qui Promiſſores.

Cap. I.

DIrectio, ſeù Dirigere eſt inquirere arcum Æquatoris interceptum inter duo loca in Cœlo; artificioſa nempè menſura itineris, quod motu. Primi Mobilis abſoluit Promiſſor, & locus inferior quouſque ad Significatorem perueniat, & locum ſuperiorem; hinc duo loca in Cœlo ſunt concipienda, quæ ab Aſtronomis Significator (ſiuè Planeta,ſiuè alius Eclipticæ locus is ſit) qui aliquid in Cœlo ſignificet, vt Vitam, mores, fortunas, vel alia; & Promiſſor qui decernat, & polliceatur bona,vel mala in illa re denotata à ſignificatore,quandò ad eumdem ſignificatorem peruenerit; ſic ſignificator geret (exempli gratia) vicem Creditoris recepturi aliquid à Promiſſore, certo, & determinato tempore, cuius ſpatium Directione metimur; vt in Vitæ ſpatio adſunt Apheta, Hylech, ſeù ſignificator Vitæ; & Anæreta, ſeù abſciſſor, quandò Anæreta peruenerit ad Aphetam mala decernet in Vita.

Duplex ſtatuitur ab Antiquis Directio; Directa, qua promiſſor ducitur ad ſignificatorem per Aſcenſiones ipſius ſignificatoris;& Conuerſa,qua ſignificator deuoluitur ad promiſſorem per Aſcenſiones eiuſdem promiſſoris, quàm directionem tribuerunt Parti fortunæ,& Planetis retrogradis, & Ptolemæus Apheta conſtituto inter ſeptimam domum, & Medium Cæli, cap. de Vitæ ſpatio; quæ poſtrema (pace omnium) commentitia eſt, & falsò excogitata: cum enim directio ſit deuolutio promiſſoris motu Primi Mobilis ad ſignificatorem conſtitutum immobilem, ridiculum eſt imaginari, poſſe ſignificatorem, & locum ſuperiorem duci contra motum Primi Mobilis ad promiſſorem, & locum inferiorem; Cæterùm vanum eſt aſſerere Ptolemæum hoc non cognouiſſe, quod ex eo conſpicitur, quòd poſito Apheta inter Cæli medium, & Occidentem vnicum tantum ſtatuit Anæretam,ſcilicet Occidentalem angulum, ſciens eandem eſſe hanc directionẽ Aphetæ ad gradum Occidentis (quam placuit conuerſam appellare)& directionem lineæ Orientalis, & Aſcendentis ad oppoſitum loci Aphetæ? quorsùm enim ſi hæc directio eſſet realis,alios occurſus maleficos radiorum,& corporum Planetarum pro Anæretis, & abſciſſoribus non conſtituiſſet? de quibus proferens ea verba, *non impingunt in locum Apheticum*, ideſt non poſſunt duci ad Aphetam motu primi Mobilis; monere nos voluit vnicam tantùm eſſe veram directionem, eamque directam cùm vnus ſit motus Primi Mobilis, quo componitur, in qua locus inferior ducitur ad ſuperiorem, & promiſſor ad ſignificatorem; abolendum eſt ergò hoc in poſterum directionis conuerſæ nomen, vt fictitium, & ſine fundamento vſurpatum.

Notandum circà hoc, quod quamuis clarum ſit,& notiſſimum in directionibus promiſſores deduci ad ſignificatorem, & Saturnum (verbi gratia,) eiuſque radios deuolui ad Solem,vel alium ſignificatorem; communiter nihilominus dicimus directiones Solis ad corpus, & radios Saturni, ſicut Medium Cæli ad radios Martis, & ſimilia; quod loquendi genus inueteratæ conſuetudini relinquimus, ſcientes

A pro-

promiſſores deuolui ad ſignificatores; non è contrà, vt diximus.

Ptolemæus 3. Quadripart. cum perpenderet ſumma induſtria, omnia, ac ſingula, quæ Natis accidere poterant circà corporis affectiones, animi mores, fortunas, & reliqua intrinſecus, vel extrinſecus aduenientia, poſſe acquiri ex Sole, Luna, Parte fortunæ, Aſcendente, Medio Cæli, hos quinque tantummodò ſtatuit ſignificatores, ex quorum directionibus accidentia omnia tàm proſpera, quàm aduerſa eſſent euentura, prout maleficis vel beneficis occurriſſent; quam Ptolemæi ſententiam, & conſtitutionem omnes ſectati ſunt; addiderunt aliqui pro ſignificatoribus reliquos Planetas quinque etiam, Saturnum, Iouem, Martem, Venerem, & Mercurium, qui mala, vel bona decernerent in ſuis ſignificatis; nec non cuſpides omnium domorum cæleſtium pro ſua ſignificatione, vt ſecundam domum pro diuitijs, & ſic de reliquis: nec credimus omninò abſquè fundamento, cum ex his (experientia duce) plurima conſpiciamus; Sectatores Arabum (præter Partem fortunæ) alias innumeras partes dirigunt, quas tamquam falſo commentas omnino reijcimus ab hoc munere.

Promiſſores ponit Ptolemæus cum Antiquis corpora Planetarum, & eorum radios quoſcunque, eorum Antiſcia, Imperantia, & Obedientia; addunt alij recentiores terminos Planetarum, Stellas fixas, Nodoſque Lunares, videlicet Caput, & Caudam Draconis, vt cum experientia optimè conſentientes; & aliqui etiam cuſpides Domorum.

DE MOTV REALI IN DIRECTIONIBVS, & duplici via eas componendi. Cap. II.

ÆTerna Dei Optimi Maximi prouidentia Inferiorem hanc machinam tradidit ſecundis cauſis gubernandam, interioraq; omnia, & exteriora ad vſum hominis venientia à Deo mediantibus Angelis, & corporibus cæleſtibus diſpenſantur, quorum ferè omnia oſtendit nobis (vt benè Albert. Mag. in ſpeculo) in libro vniuerſitatis, qui eſt pellis Cæli, in qua ſummo ordine iuſſu tanti Opificis non ſolum delineati apparent influxus ſinguli; ſed tempora, & termini, qui præteriri non poſſunt; qui habentur ope directionum, quæ ſunt executrices dictorum influxum, & diuinæ Voluntatis; hinc apparet quàm perbellè inferiora Deus condiderit, & ſuperiora, quantumque hallucinentur contendentes motum in directionibus eſſe fictitium, nec verum; cum realis ſit, & primus Primi Mobilis (vt diximus) ex Oriente in Occidentem concitatiſſimus, patratus tempore emerſionis cuiuſuis in hanc Mundi lucem, quamuis de nouo tempore euentus idem non abſoluatur: nàm ſicut in Ortu Nati, ex ſitu, & aſpectibus Planetarum, repertoque ſigno in Horizonte in circumuolutione tunc temporis Primi Mobilis, remanſerunt impreſſæ in Nati corpore actiuæ, ac paſſiuæ qualitates elementorum, nec non diſpoſitiones diuerſæ ex Aſtris productæ, quæ raro, vel nuſquam delentur niſi poſt mortem; ſic etiam motus ille, ortus, & deuolutio promiſſoris ad locum ſignificatoris eodem tempore realiter abſolutus eſt, & remanſit etiam impreſſus in nato, effectum ſignificatum producturus pro diſtantia graduum æquatoris inter ſignificatorem, & promiſſorem, ac itineris Primi Mobilis ab vno loco ad alium tribuendo pro quolibet gradu certum temporis ſpatium experientia comprobatum; ſed

de

de his, aliiſque permultis circa hanc materiam à nemine conſideratis alibi agemus cum hic ſolùm compendioſam tractationem abſoluere intendamus.

Reiectis omnibus directionum modis ab antiquis excogitatis, vt à ratione, & experientia latè diſsonis, duplex relicta eſt Aſtronomis via, qua directiones componere, & futurorum accidentiũ tempora prædicere profeſſi ſunt; Ptolemæi vna, quam 3. Quadripart. ægrè, ac cõfuſiſſimè docuit, & quam aliqui pauci ſectati ſunt; altera Aſtronomorum aliorum, quam primo redegit in Tabulas Ioannes Regiomontanus Germanus Rationalem appellatam; & nos in noſtris Tabulis ita explicauimus, vt nil aliud in poſterum deſiderari poſſit; extant in opere noſtro Tabulæ Declinationum, Aſcenſionum Rectarum, & Obliquarum ab 1. grad. Altitudinis Poli, vſque ad 60. cum latitudine 8. grad. tàm Septemtrionali, quàm Meridiana, necnon Circulorum poſitionis pro tota Europa inſeruientium; quibus mira facilitate directiones componuntur; vtramque viam in hoc tractatu docebimus, difficultateſque omnes circa hanc materiam contingentes diſſoluemus, reiectis aliorum philaterijs, & verboſa petulantia; vt cuilibet liberum ſit alteram viarum ſequi, quam libuerit. Cæterum viam poſtremam Regiomontani, & in noſtris Tabulis expreſsam ſectantur inſigniores Aſtronomi, & Mathematici noſtri temporis, ſectatus eſt Tycho, Ioannes Keplerus, Schola Danica, Ioannes Antonius Maginus, aliique, & nos 50. ab hinc annis, quibus has materias exantlauimus, eamdem profeſſi, nunquam quidquam ſcrupuli reperimus, quo animus ad ſententiam mutandam ſtimularetur, cognoſcentes veris fundamentis, rationibus Mathematicis, & demonſtrationibus conſtructam. Deumque teſtamur hæc veritatis ſtimulo ſolummodò admonuiſse, non autem, vt noſtras Tabulas magnificantes, ab aliorum ſcriptis aliquid detrahamus; quod experientia eluceſcet: nàm rectificata optimè genitura, temporum diuiſiones cum euentibus apprimè congruentes conſpicientur.

DE LATITVDINE SERVANDA in Directionibus. Cap. III.

POtentiores Radij ſtellarum quatuor reperti ſunt, quibus inuicem lumen, & qualitates ſibi communicant, Sextilis videlicet, Quadratus, Trinus, & Oppoſitus: Coniunctio enim impropriè dicitur aſpectus. Sextilis dictus aliquandò ſexangularis, aliquando hexagonus, eſt diſtantia duorum locorum per circuli ſextantem, ideſt grad. 60. indicatur hoc character ✶. Quadratus quadrangularis, & tetragonus notatur hoc ſigno □ eſt diſtantia per quartam partem circuli, ſiue gr. 90. Trinus, trigonus, & triangularis, eſt diſtantia per tertiam partem circuli, ideſt grad. 120. ſic ſignatur △. Oppoſitio eſt diſtantia ſtellarum per medietatem circuli, ſiue gr. 180. ſic deſcribitur ☍. Coniunctio vero ☌.

Propter perperàm interpretantes Ptolemæi ſcripta (etiam ſi inter Mathematicos hæc hæreſis nunquàm viguerit) orta eſt controuerſia, an in directionibus abſoluendis ſeruanda latitudo promiſsorum, & ſignificatorum, an abolenda; Omnes qui Matheſeos gnari, artem veris fundamentis profitentur primæ ſententiæ ſunt addicti, latitudinem eſſe omnimodo ſeruandam, vt neceſſariam euidentiſſimè; aliqui pauci, qui vix à limine artem ſalutarunt, contrariam partem ſectã-

tes figmentis Tyronum animos à veritate auertunt, ac ita blaterant, vt nos etiam puduerit multoties cum aliquibus de hac materia alloqui; cum nullam rationem aliam adducant, quàm non eſse ſeruatam à Ptolem. 3. Quadripart. in exemplis Directionum. Breuiter nos hanc difficultatem paruam enucleabimus, ad hoc, vt inter profeſsores in poſterùm nullus relinquendus ſit controuertendi locus.

Certiſſimum eſt, ac optica ratione conſpicuum etiam cæcutientibus inæqualiter oriri ſtellas cum latitudine, & ſine, vt in Sphæra materiali poterit obſeruari; nàm in Sphęra recta, & degentibus ſub Æquinoctiali vbi Poli interſecant Horizonta, nec alter Polus plus altero eleuatur Stellæ à principio ♑ ad finem ♊ ſecŭdùm ſeriem ſignorum habentes latitudinem Borealem citius oriuntur, quàm gradus eclipticæ ſine latitudine, in quibus fuerint conſtitutæ; & obtinentes latitudinem Auſtralem tardiùs oriuntur, quam dicti gradus eclipticæ; A principio autem ♋, vſque ad extremum ♐, priùs oritur eclipticæ gradus, quàm Stella cum latitudine Meridiana; In regionibus verò obliquum Horizontem habentibus, & quibus Polus Boreus eleuatur, vt in noſtris regionibus Stella retinens Borealem latitudinem priùs oritur, & tardius occidit, quàm locus eclipticæ: è contra verò retinens Auſtralem orietur tardiùs, & citiùs occidet quàm eclipticæ locus.

His veris ſtantibus Promiſſor nullo modo poterit dici ductus ad ſignificatorē, niſi oriatur cum illo gradu ſignificatoris; at oritur diuerſimodè cum latitudine, & ſine; obſeruandum ergò eſt, quo tempore cum latitudine cum dicto ſignificatore oriatur; quomodo enim aſſerere poſſumus Martem, vel Saturnum, verbi gratia, peruenite ad Orientem, & eſſe in linea Orientali, ſi ob latitudinem Borealem eſſet ſupra, vel cum Meridiana ſub Horizonte momento, quo locus eclipticæ ſine latitudine eſt in centro, & linea Orientali?

Dicunt (pauperes conſilio) virtutem eſſe in illo gradu eclipticæ in quo eſt exēpli gratia promiſſor Mars, vel alius, qui gradus eſt maximè conſiderandus; noſque concedimus; ſed tempus oſtendendi talem virtutē aduenier, quandò idem Mars, & promiſſor orietur in loco ſignificatoris; Solis virtus eſt excalefacere, ac illuminare: has autem operationes Sol non exequetur, niſi ſupra Horizontem attollatur; ſimili ratiocinio vſi ſumus in collocandis fixis in figura Cæleſti, quæ (non ſecus, ac planetæ) ſunt conſtituendæ abſque latitudine in gradibus eclipticæ in quibus reperientur: diuerſimodè autem obſeruandum in Directionibus, Ortibus, & Occaſibus earum, tunc enim omnimodò earum latitudo eſt obſeruanda.

Tandem cum apud Sciolos plus poſſint ſimilitudines, & exempla quàm rationes: quæque ex ſuperioribus cauſis producuntur eumdem habeant ordinem in noſtris corporibus, ac elementis; adducamus exempla, quæ etiam Hæreticos in Aſtronomia, ad fidem reuocarent. Arcturus procellas, grandines, pluuioſamquè conſtitutionem producit, præſertim ſi Marti, Lunæ, aut Saturno configuretur, virtus eſt in gradu eclipticæ 19. ♎, effectus nihilominus non exequetur Arcturi ſidus in ortu grad. 19. ♎, ſed cum orietur grad. 8. ♎, cumque oritur Romæ ob latitudinem, quàm retinet Borealem.


Canis maior Syrius Stella in Cœlo maxima anno 1644. eſt in grad. 9. m. 11. ♋, cum latitud. Auſtral. grad. 39. 30'. & Cælum mediat cum grad. 6. 50'. ♋ in eius exortu feruent Maria, æſtus contingunt maximi, ſtagna mouentur, piſces ſyderantur, canes in rabiem aguntur, fluctuant in dolijs vina, omniaquè ex Plinio, & experientia alterantur, hos effectus producit cum ad Oriētem peruenerit, & orietur

tur Coſmicè cum Sole: orietur autem Romæ cum grad. 7. 23′. ♌, & non cum 9. 11′. 69; quod neceſſariam eſſe latitudinem arguit; quod ſufficiat cum ſtultitiæ munus ſit contra neſcientes principia prima inuehi circa apparentem veritatem. Cæterùm eorum ſubterfugia delentur facilius; ſtultum enim eſt aſſerere priſcis ſæculis Aſtronomos latitudines non cognouiſſe; ſtultius arguere Regiomontanum, vt tantæ nouitatis authorem, cum antiquiſſimus fuerit earum vſus, idemque Regiomontanus vir doctiſſimus referat aliorum ſententias, & præſertim Blanchini, quam inferius examinabimus. Quod autem Ptolemæus in directionum exemplis 3. Quadripart. latitudine vſus non fuerit, quid mirum? cum eius exempla ſint de gradibus in linea ecliptica, promiſſoreſque, & ſignificatores ſtatuat in ecliptica? Si verò Planetas direxiſſet abſque dubio latitudine vſus eſſet, præſupponens iam cognitum latitudinem eſſe neceſsariam, cuius meminit cap. de applicationibus; de his, qui non nutriuntur in figura æquicrutia, alijſque in locis; & ſolùm fuit in ambiguo an in ſextili, & trino radio eſset obſeruanda, vt dicemus; & ſi tandem hanc exploſiſset, (quod non credendum in Artifice tanto) poterat (ſicut in aliis) Ptolemæus vt homo errare; ſicque ſilentium huic negotio imponimus.

Inter Aſtronomos rationales (iam conceſso latitudinem eſse ſeruandam in directionibus) orta eſt controuerſia an ſeruanda in aſpectu ſextili, & trino, & quomodò. Ptolemæus in fine 1. Quadripart. ſuperfluum duxit in his aſpectibus obſeruare latitudinem, ſectatoreſque rationem adducunt, conſiderandos eſse hos radios non quatenùs ex vna Cæli parte perueniant ad alteram: ſed quatenus ſimul iuncti concurrant in Centro terræ vbi angulum conſtituunt; qui vndecúmquè emiſſi, cum latitudine, ſeu ſine ſemper concurrunt. Ioannes Blanchinus rem altius enucleando paruam temporis intercapedinem in ſumendis his aſpectibus ſpretam à Prolomæo magnifaciens, in circulo maximo tranſeunte per centrum Stellæ latitudinem quamlibet habentis, & inclinato ſupra eclipticam ſumit omnium aſpectuum æquationem, oſtenditque quadratum ſemper fieri in ecliptica, ac ſine latitudine computandum; oppoſitionem retinere eamdem latitudinem, quam obtinet Stellæ corpus, licet contrariæ denominationis; trinum verò, & ſextilem medietatem latitudinis, ſextilem eiuſdem, trinum diuerſæ denominationis, probatq; radios non poſse conſtituere angulum in terra, niſi prius in Cælo fuerint verè coniuncti, quorum coniunctio ratione latitudinis ſuſcipit variationem; Huic opinioni addicti ſubſcripſimus cum Aſtronomis plurimis, vt cum obſeruationibus congruenti, quemadmodum pluſquam in mille Geniturìs fuimus experti, æquationes omnes Regiomontani, & aliorum reijcientes, vt abſque demonſtratione mathematica, & ratione excogitatis. In ſequenti Schemate conſpicitur Venus obtinere latitud. Borealis gr. 4. eius oppoſitum gr. 4. latitud. Meridionalis, cum cadat in partem oppoſitam; Trinum gr. 2. latitud. Meridionalis, cum incidat etiam in partem aduerſam; Sextilem grad. 2. latitud. Borealis, cum cadat in eadem parte corporis Veneris; Quadratos verò ambos fieri in ecliptica, ac latitudine deſtitutos.

SCHE-

SCHEMA DEMONSTRATIONIS.



QVÆ SINT NECESSARIA AD DIRE- ctiones, & de ordine Tabularum. Cap. IV.

IN directionibus componendis difficillima, & penè impoſſibilia quæ alij exclamant adhæc reducuntur; inuenire Circulum poſitionis ſtellæ, aut loci quẽ dirigere intendis ſi hic locus fuerit extra angulos ; & Aſcenſionem obliquam , cum Latitudine, ſi quam habuerit ſtella ; quæ in Tabulis Regiomontani non abſ-

que

que labore reperſuntur ob multiplicem tabularum ingreſſum; ſecus autem in noſtris cum labor abſolutus reperiatur ſine errore vt inferius dicemus.

Tabula declinationum hoc ordine eſt conſtituta; in altera facie deſcribitur latitudo Septentrionalis, in altera Meridiana à nullo gradu latitudinis vſque ad octo; in parte deſcendente Tabulæ incipit à ♋ vſque ad ♑; in parte aſcendente à ♑ vſque ad ♋ excluſiuè.


Tabulæ Aſcenſionum Rectarum, & Obliquarum à primo gradu eleuationis Poli Borealis ad 60. eumdem habent ordinem: in prima columna ſunt deſcripti gradus ſigni ſupra poſiti ab vno vſque ad triginta, & è directo aſcenſiones competentes cuilibet gradui ſine latitudine in columna 0; cum latitudine in alijs collateralibus hæc cum clara ſint maiore non indigent expoſitione.

In Tabulis Poſitionum (quas conſtruximus denuò ad ſingulas Poli eleuationes à gr. 36. vſque ad 60.) à latere ponuntur gradus declinationis Septentrionalis, vel Meridianæ ſuprà terram, vel ſub terra ab vno gradu vſque ad 32. & è directo in alijs columnis ſunt gradus diſtantiæ loci dirigendi à meridie, ſeu medio cæli: in prima columna ſupra ſignati ſunt gradus circuli poſitionis, quod ex proprio capite addiſces.

DE DECLINATIONE. Cap. V.

Declinatio eſt arcus magni circuli ducti per polos mundi, & centrum ſtellæ interceptus inter verum locum ipſius ſtellæ, & circulum Æquinoctialem. Ab Æquatoris diſtantia Declinationes ſumuntur: nam ſtella, quę deuiat ab Æquinotiali verſus Boream dicitur habere declinationem Septentrionalem, quæ verſus Auſtrum meridianam: vnde cum ab Æquinoctiali maximè diſtent Poli mundi gr. 90. ſicut ab ecliptica Poli Zodiaci: ob id neque latitudinem, neque declinationem quæuis ſtella obtinere poteſt maiorem circuli quadrante. Declinatio vocatur aliquandò aſcendens, aliquando deſcendens, & hoc ratione ſitus ſtellæ; nam à parte Auſtrali incedentes ſtellæ verſus Boream dicuntur aſcendentes; deſcendentes verò à Boreali verſus Auſtrum. Septentrionalis, & meridiana dicitur declinatio ex ſigno in quo ſtella cuius quæris declinationem reperitur; Septentrionalia ſigna ſunt ♈, ♉, ♊, ♋, ♌, ♍, Meridionalia ♎, ♏, ♐, ♑, ♒, ♓. Si ergo quæratur declinatio Planetæ, ſeu alterius loci abſque latitudine, tunc è directo gradus ſigni cuius quęris declinationem ſub columna 0 inuenies declinationem quęſitam, vt autem lucidè appareant, omnia exemplis illuſtrabimus in præſenti themate Excellentiſſimi Marci Antonij Columnæ Siciliæ Proregis, Regni Neapolis Magni Comeſtabilis.

EXCELLENTISSIMI MARCI ANTONII Columnæ Geneſis.



Latitudines			
♄	0	3	M. A.
♃	0	25	M.D.
♂	0	14	M.D.
☉	0	0	
♀	1	0	M.D.
☿	1	39	M.D.
☽	4	59	S. D.

Antiſcia		
♉	27	12
♏	7	49
♏	12	29
♎	16	22
♎	16	29
♏	2	12
♉	18	9

Sit Iuppiter in gr. 22. m. o. ♒. abſque vlla latitudine exempli gratia, & quæratur eius declinatio; tunc in parte tabulæ aſcendente in ſigno ♒ numerando à calce è directo grad. 22. ♒, ſub columna o. illicò reperies grad. 14. m. 13. declinationis. Declinatio etiam, verbi gratia grad. 3. m. o. ♌ eſt grad. 19. m. 33. quod in parte tabulæ aſcendente reperies ſimplici ingreſſu.

Si autem Stella vltrà integros gradus habuerit minuta; capienda eſt pars proportionalis pro minutis addenda, vel minuenda ab inuenta declinatione cum gradibus tantùm; quod hoc modo aptabitur in praxim. Angulus communis repertus cum gradibus integris conferendus eſt cum numero areali immediatè ſequenti, & de differentia accipienda eſt pars proportionalis competens illis minutis, quæ addenda eſt numero priùs inuento, ſi declinatio augeſcitur; minuenda verò ſi decreſcit, verbi gratia, Sol in præſenti figura Excellentiſſimi Marci Antonij Columnæ eſt in gr. 13. m. 38. ♓: Declinatio gr. 13. ♓, eſt grad. 6. m. 42. facta collatione cum grad. 14. ♓ cuius declinatio eſt gr. 6. m. 19. differentia eſt minutorum 23. ſubtrahend. cum declinatio minuatur: de his m. 23. capiendo partem proportionalem, pro minutis 38. vltra gradus 13. competunt minuta 14. ſec. 34. & pro faciliori doctrina min. 15. quæ ſubtrahenda ſunt à prius inuenta declinatione grad. 6. m. 42. & remanet vera declinatio Solis grad. 6. m. 27. hoc pacto:

	G.	M.
Declinatio Solis cum grad. 13. ♓	6	42
Declinatio Solis cum grad. 14. ♓	6	19
Differentia (minuenda) eſt	0	23
Pars proportionalis pro min. 38.	0	15
Ablata à declinatione inuenta cum .gr. 13. ♓. remanet vera declinatio	6	27

Quæratur item declinatio ♄ in grad. 2. min. 48. ♌. declinatio grad. 2. ♌ eſt gr. 19. m. 47. declinatio gr. 3. eſt gr. 19. m. 33. differentia eſt minutorum 14. ſubtrah. pars proportionalis competens minutis 48. eſt m. 11. quæ dempta à prius reperta declinatione grad. 19. 47. conſtituent veram declinationem gr. 19. m. 36.

	G.	M.	
Declinatio grad. 2. ♌.	19	47	
Declinatio grad. 3. ♌	19	33	
Differentia eſt	0	14	
Pars proport. pro m. 48.	0	11	minuend.
Declinatio vera ♄	19	36	

Superius dicta deſeruiunt locis nullam habentibus latitudinem: Si ſtella habuerit latitudinem, ſed graduum tantummodò; tunc ſimplici ingreſſu ſi latitudo fue-

rit Septentrionalis in dextra facie, ſi meridiana in ſiniſtra è directo gradus ſigni in quo ſtella permanſerit ſub numero grad. latitudinis habebis intentum; vt in grad. 3. ♌ ſub latitudinis Meridianæ gr. 4. declinatio eſt grad. 15. m. 59. & declinatio gr. 15. ♃ cum grad. 2. latitud. Septentr. eſt grad. 20. m. 41. Si adſuerint etiam minuta latitudinis vt contingit aſſiduò, indaganda eſt differentia inter numerum repertum & collateralem; & capienda eſt pars proportionalis pro minutis latitudinis addenda quidem ſi collateralis fuerit maior, minuenda ſi minor. Exempli gratia quæratur ♃ declinatio, qui ſit in grad. 22. m. 0. ♒ cum gr. 0. m. 25. latit. merid. Fuit inuenta declinatio ♃ gr. 22. ♒ ſub col. 0. gr. 14. m. 14. facta collatione cum collaterali ſub columna 1. gr. latitudinis meridianæ, cuius declinatio eſt gr. 15. m. 11. differentia erit m. 57, adden. cum numerus collateralis ſit maior, de quibus capiendo partem proportionalem pro m. 25. latitudinis competent m. 24. cum aliquibus ſecundis addenda numero prius reperto, ſcilicet gr. 14. m. 14. & ſic conſtituent declinationem gr. 14. m. 38.

	G.	M.
Declinatio gradus 22. ♒ cum lat. merid. gr. 1	15	11
Declinatio gradus 22. ♒ cum latit. gr. 0.	14	14
Differentia eſt	0	57
Pars proportionalis pro min. 25. (addenda) eſt	0	24
Vera declinatio cum grad. 22. m. 25. ♒ erit.	14	38

Alterum exemplum. Quæratur declinatio grad. 4. ♌ cum grad. 3. min. 30. latitud. merid. Sub columna gr. 3. merid. latitud. è directo gr. 4. ♌ angulus communis eſt gr. 16. m. 24. collateralis eſt gr. 15. m. 26. Differentia eſt min. 58. minuen. cum collateralis ſit minor; pars proportionalis pro min. 30. eſt min. 29. quæ ablata à gr. 16. m. 24. conſtituent veram Declinationem gr. 15. 54.

	G.	M.
Declinatio grad. 4 ♌ cum grad. 3. latitud. merid.	16	24
Declinatio grad. 4. ♌ cum grad. 4. latitud. merid.	15	26
Differentia eſt	0	58
Pars proportionalis pro min. 30. ſubtrahenda	0	29
Quæſita declinatio gr. 4. ♌ cum lat. mer. gr. 3. m. 30.	15	55

Aliud exemplum complectens omnes operationes circa hæc. Videamus declinationem ♃ qui eſt in gr. 27. m. 48 ♒ cum latit. merid. gr. 1. m. 38. Primò corrigenda eſt declinatio cum gradibus, & minutis longitudinis, vt ſupra diximus hoc modo, angulus communis gr. 27. ♒ ſub gr. 1. latit. merid. eſt gr. 13. m. 29. Sequens verò grad. ſcilicet 28. ♒ eſt gr. 13. m. 9. differentia eſt minutorum 20. ſubtr. cum ſequens ſit minor angulo communi; de quibus conueniunt proportionaliter

mi-

minutis 48. minuta 16. quibus ſublatis ab angulo communi prodibit Declinatio correcta ratione longitudinis grad. 13. m. 13. quam ſeorſum ſerua. Æquanda deinde eſt ratione latitudinis tali pacto; angulum ſi conferamus ad collateralem conſpiciemus differentiam eſſe m. 56. adden. cum collateralis ſit maior: nam angulus communis eſt gr. 13. m. 29. collateralis eſt gr. 14. m. 25. de his m. 56. differentiæ conuenient minutis 38. latitudinis vltra integrum gradum minuta 35. pa[illegible]faciendo ſecunda: hæc minuta ſi addantur prius inuentæ declinationi, & correctæ ratione longitudinis, quam ſeorſum ſeruaſti, efficient veram, & omnibus numeris abſolutam ☿ declinationem hoc modo.

	G.	M.
Declinatio prius reperta cum longitud.	13	13
Minuta pro minutis 38. latitudin.	0	35
Vera declinatio Mercurij	13	48

Scala nigra, quam in declinationum Tabula conſpicies, nil aliud eſt niſi terminus, & limes Declinationis Meridianæ, & Septentrionalis: loca etenim ſupra ſcalā nigram habent, declinationem Septentrionalem; ſub ſcala verò meridianam, contingit ergo aliquando licet rarò hanc ſcalam intercipienter angulum cōmunem, & arealem ſequentem, vel collateralem ita, vt ſæpe declinatio variet denominationem: idcirco ad veram declinationem venandam in hoc caſu ſic procedendum. Si ſcala conſiſtit inter angulum communem, & ſequentem arealem, adde ſimul vtroſquê numeros, & de aggregato ſume partem proportionalem pro ſcrupulis vltra integros gradus; hæc pars proportionalis ſubtrahenda eſt ab angulo communi ſi dictus angulus fuerit maior, & conſurget quęſita declinatio eiuſdem denominationis cum angulo communi. Si angulus fuerit minor, ipſe ſubtrahendus eſt a parte proportionali, & prodibit declinatio, ſed alterius denominationis, quam anguli cōmunis. Verbi gratia, indagetur declinatio gr. 2. m. 20. ♒ cum latit. Septētr. gr. 1. Angulus communis gr. 22. eſt gr. 0. m. 7. gradus ſequentes 3. eſt gr. 0. 17. ſimul additi conſtituent min. 24. de quibus inter angulum communem, qui eſt gr. 0. m. 24. de quibus proportionaliter pro minutis 20. conuenient minuta 8. à quibus ſubtrahendus eſt angulus communis cum ſit minor parte proportionali, & relinquetur declinatio grad. 0. m. 1. merid. contrariæ denominationis anguli communis; quia cadit ſub ſcala nigra.

Si ſcala conſiſtit inter angulum communem, & collateralem, primò corrigatur declinatio more ſolito, vt ſupra, ratione longitudinis: poſtea adde angulum communem ad collateralem, & ex aggregato ſume partem proportionalem pro minutis latitudinis: hæc pars proportionalis quando eſt maior angulo communi accipit contrariam denominationem ſigno loci, cuius quæris declinationem, & ſi eſt minor retinet eamdem; Videndum eſt deinde an declinatio correcta ratione longitudinis, & hæc pars proportionalis nomine congruant; ſi ſunt eiuſdem denominationis ſubtrahe partem proportionalem ſi fieri poteſt ex declinatione, & habebis declinationem correctam, quæ ab ipſo loco retinebit denominationem: vel declinatio erit ſubtrahenda à parte proportionali, & declinatio erit contrariæ denominationis loco cuius quæritur declinatio. Exempli gratia, declinatio gr. 23. ♍ cum latit. merid. gr. 3. eſt gr. 0. m. 2. meridiana prout conſpici poteſt ex præcedentibus;

tibus; ponamus quod latitudo ſit gr. 3. m. 24. nunc ſcala conſiſtit inter angulum communem,& collateralem: iungendi ergo ſunt ſimul communis,qui eſt gr.o.m. 2. collateralis qui eſt gr.o.m.53 & fiet numerus gr.o. m.55. de quibus pro minutis 24. latitudinis conueniunt minuta 22.quæ pars cum ſit maior angulo communi erit Meridianæ denominationis contrariæ Angulo, ab hac parte proportionali demum ſubtrahenda eſt declinatio ſupranotata, ſcilicet gr.o m.2.cum ſit minor,& conſurget exacta declinatio gr. o. m. 20. meridiana contraria loco propoſito in ♍ ſigno Septentrionali.

	G.	M.
Declinatio gr. 23. m. 20. ♍. cum gr. 3. latit. merid.	o	2
Angulus communis, & collateralis ſimul iuncti conſtituent numerum	o	55
Pars proportionalis pro minutis 24. latitud.	o	22
Ab hanc ſubtracta declinatio (cum ſit minor)	o	2
Conſtituet veram declinationem merid.	o	20

Tot exempla ſufficiant. Pars proportionalis habetur ex Tabula ſexagenaria, vel ex regula trium.

Vt appareat quomodò ex triangulorum ratione ſint ſupputatæ declinationes tàm cum latitudine, quàm ſine, libuit hic inſerere ſupputationes.

A puncto Æquinoctij ad punctum Solſtitij intercedit quadrans Circuli & gradus 90. quæ diſtantia noſtro æuo tribuit eclipticæ Declinationem ab Æquinoctiali æqualem obliquitati ipſius gr. 23. min. 32. Videndum eſt per triangula quam declinationem afferat quælibet alia diſtantia punctorum eclipticæ ab Æquinoctiali. In ſumenda declinatione ſine latitudine hoc pacto indagatur conſtituto triangulo.

Sicut radius gr.90.& ſinus totus ad ſinum maximę declinationis,ita ſinus cuiuſlibet diſtantiæ ab Æquinoctio ad ſinum quæſitæ declinationis. Multiplicatur per auream regulam Terminus tertius per ſecundum,& productum diuiditur per primum. Hic verò poſito Radio pro primo termino, & diuiſore producti ex multiplicatione abſcindendæ ſunt primæ quinque figuræ dextrorſum,& reliquæ ad læuam quæſitæ in Tabula, & Columna ſinuum dabunt quæſitam Declinationem. Exemplum.

Quæratur declinatio grad. 15. ſigni Leonis: hic locus diſtat ab Æquinoctio, & principio Libræ gr. 45. cuius ſinus eſt 70711. Maxima declinatio ſupponitur gr. 23.32. cuius ſinus eſt 39928. tunc.

Sicut radius 100000.ad 39928.ita 70711.ad 28233. nam multiplicatus 39928. per 70711. conſtituit 28233. 48808. à quibus detractis primis quinque figuris remanet 28233. quibus in tabella ſinuum reſpondent gr. 16. m. 24. quæſitæ declinationis.

Pro Declinatione loci cum Latitudine.

Maximæ declinationi additur latitudo, & aggregati ſinus eſt inuentum primum.

A Maxima declinatione ſubtrahitur latitudo; & reſidui ſinus eſt inuentum ſecundum.

Sinus

Sinus inuenti primi, & ſecundi coniunguntur, & dimidium aggregati eſt inuentum tertium.

Sumitur ſinus diſtantiæ loci ab Æquinoctio, cui additur radius, ſeu ſinus totus, & fit inuentum quartum.

Tunc ſicut radius ad inuentum tertium, ita inuentum quartum ad inuentum quintum.

Si latitudo, & locus Zodiaci cuius quæritur declinatio fuerit eiuſdem denominationis idest ambo Meridionales, vel Septemtrionales, inuentum ſecundum ſubtrahitur à quinto, & reſidui ſinus dabit declinationem quæſitam. Si latitudo, & locus Zodiaci fuerint diuerſæ denominationis, vnus Septemtrionalis, alter Meridionalis primum inuentum ſubtrahitur à quinto, & reſidui ſinus afferet declinationem. Si verò quintum fuerit minus primo, tunc ſubtrahitur quintum à primo.

Ab vltimo ſi auferatur primum conſurget declinatio in parte Latitudinis Meridianæ. Si auferatur ſecundum aderit declinatio in parte Boreali. Exemplum.

Quæratur declinatio gr. 12. Tauri cum latitud. gr. 4. Septentr.

Declinationi maximæ gr.	23	32	
addita latitudo	4	0	
	gr. 27	32	ſinus 46226. Inuentum primum.
Declinatione maxima	23	32	
ſubtracta latit.	4	0	
	19	32	ſinus 33436. Inuentum ſecundum
Inuentum primum	46226		
Inuentum 2.	33436		
ſimul	79662.		Dimidium 39831. Inuẽtum tertiũ.

Gradus 12. Tauri diſtat ab Æquinoctio Arietis gr. 42. cuius ſinus 66913. addito radio fit 166913. Inuentum quartum. Tunc

Sicut rad. 100000. ad inuentum tertium 39831. ita inuẽtum quartum 166913. ad quintum 66482.

A quinto ſi auferatur ſecundum 33436. remanet 33046. pro declinatione loci in parte Septentrionali, cui reſpondent in tabella ſinuum gr. 19. 17.

Si à quinto 66482. auferatur primum 46226. remanet 20256. quibus reſpondent in Tabula gr. 11. 40. in parte Meridionali.

Hoc pacto conſtructa eſt Declinationum Tabella.

Quia verò nimis longa, & intricata eſt hæc operatio colligendi declinationem cum latitudine; breuiorem eapropter, ac faciliorem viam libuit apponere cum ſequenti tabella; cuius vſus hic eſt.

Cum ſigno, & gradu cuius quæritur declinatio ſumendus eſt arcus numerando à parte deſcendente ſi ſignum fuerit in parte ſuperiori, & à parte Aſcendente ſi in inferiori. Secundò cum dicto arcu ſumendus eſt numerus multiplicandus è directo, vtendo parte proportionali tàm in arcu, quàm in numero multiplicando, ſi locus cuius quæritur declinatio obtinuerit minuta vltra integros gradus. Tertiò

arcui

tibus; ponamus quod latitudo ſit gr. 3. m. 24. nunc ſcala conſiſtit inter angulum communem,& collateralem: iungendi ergo ſunt ſimul communis,qui eſt gr.o.m. 2. collateralis qui eſt gr.o.m.53 & fiet numerus gr.o. m.55. de quibus pro minutis 24. latitudinis conueniunt minuta 22.quæ pars cum ſit maior angulo communi erit Meridianæ denominationis contrariæ Angulo, ab hac parte proportionali demum ſubtrahenda eſt declinatio ſupranotata, ſcilicet gr.o m.2.cum ſit minor,& conſurget exacta declinatio gr. o. m. 20. meridiana contraria loco propoſito in ♍ ſigno Septentrionali.

	G.	M.
Declinatio gr. 23. m. 20. ♍. cum gr. 3. latit. merid.	o	2
Angulus communis, & collateralis ſimul iuncti conſtituent numerum	o	55
Pars proportionalis pro minutis 24. latitud.	o	22
Ab hanc ſubtracta declinatio (cum ſit minor)	o	2
Conſtituet veram declinationem merid.	o	20

Tot exempla ſufficiant. Pars proportionalis habetur ex Tabula ſexagenaria, vel ex regula trium.

Vt appareat quomodò ex triangulorum ratione ſint ſupputatæ declinationes tàm cum latitudine, quàm ſine, libuit hic inſerere ſupputationes.

A puncto Æquinoctij ad punctum Solſtitij intercedit quadrans Circuli & gradus 90. quæ diſtantia noſtro æuo tribuit eclipticæ Declinationem ab Æquinoctiali æqualem obliquitati ipſius gr. 23. min. 32. Videndum eſt per triangula quam declinationem afferat quælibet alia diſtantia punctorum eclipticæ ab Æquinoctiali. In ſumenda declinatione ſine latitudine hoc pacto indagatur conſtituto triangulo.

Sicut radius gr.90.& ſinus totus ad ſinum maximę declinationis, ita ſinus cuiuslibet diſtantiæ ab Æquinoctio ad ſinum quæſitæ declinationis. Multiplicatur per auream regulam Terminus tertius per ſecundum,& productum diuiditur per primum. Hic verò poſito Radio pro primo termino, & diuiſore producti ex multiplicatione abſcindendæ ſunt primæ quinque figuræ dextrorſum,& reliquæ ad læuam quæſitæ in Tabula, & Columna ſinuum dabunt quæſitam Declinationem.

Exemplum.

Quæratur declinatio grad. 15. ſigni Leonis: hic locus diſtat ab Æquinoctio, & principio Libræ gr. 45. cuius ſinus eſt 70711. Maxima declinatio ſupponitur gr. 23.32. cuius ſinus eſt 39928. tunc,

Sicut radius 100000.ad 39928.ita 70711.ad 28233. nam multiplicatus 39928. per 70711. conſtituit 28233. 48808. à quibus detractis primis quinque figuris remanet 28233. quibus in tabella ſinuum reſpondent gr. 16. m.24. quæſitæ declinationis.

Pro Declinatione loci cum Latitudine.

Maximæ declinationi additur latitudo, & aggregati ſinus eſt inuentum primum.

A Maxima declinatione ſubtrahitur latitudo; & reſidui ſinus eſt inuentum ſecundum.

Sinus

Sinus inuẽti primi, & ſecundi coniunguntur, & dimidium aggregati eſt inuentum tertium.

Sumitur ſinus diſtantiæ loci ab Æquinoctio, cui additur radius, ſeu ſinus totus, & fit inuentum quartum.

Tunc ſicut radius ad inuentum tertium, ita inuentum quartum ad inuentum quintum.

Si latitudo, & locus Zodiaci cuius quæritur declinatio fuerit eiuſdem denominationis idèſt ambo Meridionales, vel Septentrionales, inuentum ſecundum ſubtrahitur à quinto, & reſidui ſinus dabit declinationem quæſitam. Si latitudo, & locus Zodiaci fuerint diuerſæ denominationis, vnus Septentrionalis, alter Meridionalis primum inuentum ſubtrahitur à quinto, & reſidui ſinus afferet declinationem. Si verò quintum fuerit minùs primo, tunc ſubtrahitur quintum à primo.

Ab vltimo ſi auferatur primum conſurget declinatio in parte Latitudinis Meridianæ. Si auferatur ſecundum aderit declinatio in parte Boreali. Exemplum.

Quæratur declinatio gr. 12. Tauri cum latitud. gr. 4. Septentr.

Declinationi maximæ gr.	23	32	
addita latitudo	4	0	
	gr. 27	32	ſinus 46226. Inuentum primum
Declinatione maxima	23	32	
ſubtracta latit.	4	0	
	19	32	ſinus 33436. Inuentum ſecundum
Inuentum primum	46226		
Inuentum 2.	33436		
ſimul	79662.		Dimidium 39831. Inuẽtum tertiũ.

Gradus 1.2. Tauri diſtat ab Æquinoctio Arietis gr. 42. cuius ſinus 66913. addito radio fit 166913. Inuentum quartum. Tunc

Sicut rad. 100000. ad inuentum tertium 39831. ita inuẽtum quartum 166913. ad quintum 66482.

A quinto ſi auferatur ſecundum 33436. remanet 33046. pro declinatione loci in parte Septentrionali, cui reſpondent in tabella ſinuum gr. 19. 17.

Si à quinto 66482. auferatur primum 46226. remanet 20256. quibus reſpondent in Tabula gr. 11. 40. in parte Meridionali.

Hoc pacto constructa eſt Declinationum Tabella.

Quia verò nimis longa, & intricata eſt hæc operatio colligendi declinationem cum latitudine; breuiorem eapropter, ac faciliorem viam libuit apponere cum ſequenti tabella, cuius vſus hic eſt.

Cum ſigno, & gradu cuius quæritur declinatio ſumendus eſt arcus numerando à parte deſcendente ſi ſignum fuerit in parte ſuperiori, & à parte Aſcendente ſi inferiori. Secundò cum dicto arcu ſumendus eſt numerus multiplicandus è directo, vtendo parte proportionali tàm in arcu, quàm in numero multiplicando, ſi locus cuius quæritur declinatio obtinuerit minuta vltra integros gradus. Tertiò

arcui

Arcui ſumpto adde latitudinem ſi arcus, & latitudo fuerint ambo Meridionales, vel ambo Septentrionales; vel deme vnum ab altero ſi fuerint diuerſæ denominationis. Cuius aggregati, vel reſidui ſumendus eſt ſinus rectus ducendus in numerum multiplicandum iam ſumptum; Facta multiplicatione, & detractis primis figuris quinque: quod remanet dabit in tabella ſinuum quæſitam declinationem. Exemplum.

Quæratur declinatio Stellæ Antares ſeù Cordis Scorpij cuius longitudo eſt gr. 4. 48. ♐ ſigni cum latitud. Merid. gr. 4. 27.

Cum gr 2.48. ♐ ſumitur arcus gr. 21. 29. in tabella, & numerus multiplicandus 98546. adhibita parte proportionali vt decet. Arcui 21. 29. addita latitudine (cum latitudo, & ſignum ſint in parte Meridionali) conſurgent gr. 25. 56. cuius ſinus eſt 43733. qui ductus in numerum multiplicandum 98546. tribuet 4308717218. ablatis quinque figuris dextris remanent 43087. quæ in tabella ſinum exhibent Antaris declinationem gr. 25. 31. 22.

Aliud exemplum.

Quæratur declinatio Pallilitij, ſeu Oculi ♉ qui eſt in gr. 4. 48. ♊ cùm latitudine Meridion. gr. 5. 31. Arcus eſt idem, qui in Antares, ſicut numerus multiplicandus. Latitudo ſubtrahitur ab arcu, cum ſignum ſit Boreale, & latitudo Meridionalis.

Ab arcu 21. 29. ſubtracta latitud. gr. 5. 31. remanet 15. 58. cuius ſinus eſt 27508. qui multiplicatus per dictum num. multiplicandũ 98546. conſtituit 2710803368. Ablatis quinque figuris remanent 27108. quibus in tabella reſpondent gr. 15. 44. declinationis Pallilitij.

Si locus non habuerit Latitudinem, ſumitur cum eo arcus, & numerus multiplicandus: ſicut ſinus arcus; qui ducitur in dictum numerum multiplicandum; & abiectis vt ſupra quinque primis figuris remanens erit ſinus quæſitæ declinationis. Exemplum.

Quæratur declinatio gr. 13. ♎. Arcus eſt gr. 5. 35. cuius ſinus eſt 9729. numerus multiplicandus 92138. ſimul ducti conſtituent abiectis quinque figuris 8964. quibus reſpondent declinationis gr. 5. min. 9.

	Arcus ♈ ♎		Num. multiplic.	Arcus ♉ ♏		Numerus.	Arcus ♊ ♐		Numerus.	
G	G	M		G	M		G	M		
0	0	0	91707	12	16	93848	20	38	97551	30
1	0	26	917010	12	37	93927	20	50	98112	29
2	0	52	917018	12	58	94108	21	0	98232	28
3	1	18	91730	13	19	94242	21	11	98347	27
4	1	44	91747	13	40	94378	21	21	98460	26
5	2	10	91770	14	0	94516	21	31	98570	25
6	2	36	91758	14	20	94655	21	40	98676	24
7	3	2	91831	14	40	94795	21	49	98778	23
8	3	28	91869	14	59	94936	21	58	98878	22
9	3	53	91912	15	18	95077	22	6	98973	21
10	4	19	91960	15	37	95219	22	14	99066	20
11	4	45	92014	16	55	95462	22	21	99153	19
12	5	10	92073	16	13	95505	22	28	99237	18
13	5	35	92138	16	31	95649	22	35	99317	17
14	6	0	92209	16	48	95754	22	41	99393	16
15	6	25	92283	17	5	95840	22	47	99465	15
16	6	50	92361	17	22	96985	22	52	99532	14
17	7	15	92443	17	38	96030	22	57	99595	13
18	7	39	92528	17	54	96337	23	2	99654	12
19	8	3	92617	18	10	96517	23	7	99708	11
20	8	27	92710	18	25	96659	23	11	99758	10
21	8	51	92808	18	40	96800	23	15	99803	9
22	9	15	92910	18	55	96940	23	18	99844	8
23	9	39	93017	19	9	97080	23	21	99881	7
24	10	2	93127	19	13	97717	23	24	99913	6
25	10	25	93239	19	36	97351	23	26	99940	5
26	10	48	93355	19	49	97452	23	28	99962	4
27	11	10	93474	20	2	97612	23	30	99976	3
28	11	32	93596	20	14	97741	23	31	99990	2
29	11	54	93721	20	26	97867	23	31	99998	1
30	12	16	93848	20	38	97991	23	32	100000	0
	♓	♍		♒	♌		♑	♋		

PRO INVENIENDA ASCENSIONE RECTA cuiuslibet loci, tàm cum latitudine, quàm ſine. Cap. VI.

INtra in Tabulam Aſcenſionum rectarum cum Planetæ loco, ſeu alterius, cuius Aſcenſionem rectam quæris, cum latitudine ſi quam habuerit, & in angulo communi illicò reperies intentum: Verbi gratia quæratur recta aſcenſio gr. 20. ♋ cum latitudine Auſtrali gr. 4. m. 0. In ſigno ♋ è directo gradus 20. ſub columna gr. 4. latitudinis meridianæ reperies gr. 121. m. 2. computandos à primo puncto Arietis, & hæc erit vera huius loci recta Aſcenſio. Si verò vltra integros gradus longitudinis, & latitudinis adfuerint etiam minuta, tunc procedendum eſt ſicut in capienda declinatione conferendo angulum communem cum areali immediatè ſequenti pro minutis longitudinis, & pro minutis latitudinis cum collaterali, & ſumendo partem proportionalem addendam (ſemper corrigendo longitudinem) angulo communi, minuendam verò, vel addendam quando æquamus latitudinē, prout numerus collateralis creſcit, vel decreſcit; exemplorum multitudine omnia fient lucida. In genitura Excellentiſſimi Marci Antonij Columnæ Venus eſt in gr. 13. m. 31. ♓ cum latitudine gr. 1. merid. & optetur eius recta aſcenſio: primò igitur è directo gr. 13. ♓ ſub numero latitud. Merid. gr. 1. inuenientur gr. 344. m. 44. rectæ aſcenſionis: quia verò vltra gr. 13. ♓ integros adſunt etiam m. 31. idcircò ratione horum minutorum corrigenda eſt recta aſcenſio hoc modò. Facta collatione inter angulum communem, ſcilicet gr. 344. min. 44. & ſequentem cuius recta aſcenſio eſt gr. 345. m. 40. differentia eſt gr. 0. m. 56. de quibus ſi ſumimus partem proportionalem pro minutis 31. vltra integros gradus longitudinis competent m. 29. ſemper addenda angulo communi, & ſic conſtituetur recta aſcenſio ♀ gr. 345. m. 13. hoc modo.

	G.	M.
Recta aſcenſio gr. 13. ♓ ſub gr. 5. lat. mer.	344	44
Recta aſcenſio gr. 14. ♓ immediatè ſequens	345	40
Differentia eſt	0	59
	344	44
Pars proportionalis pro minutis 31. addend. gr.	0	29
Aſcenſio recta Veneris erit grad.	345	13

Saturnus eſt in grad. 2. m. 48. ♌ cum latitud. merid. grad. 0. m. 3. Aſcenſio recta gr. 2. ♌ cum latit. Merid. gr. 0. eſt gr. 124. m. 16. Aſcenſio numeri ſequentis eſt gr. 12. m. 18. Differentia eſt gr. 1. m. 2. de quibus proportionaliter conuenient minutis 48. longitudinis minuta 50. abiectis ſecundis, hæc min. 50. addenda ſunt priori inuentæ

	G.	M.	
Aſcenſioni, videlicet	124	16	& ſic
Ratione longitudinis correcta	0	50	
Aſcenſio recta erit	125	6	

verum

verum ♄ habet grad.m.3. latitudinis merid.ea propter conferendus eſt angulus communis dictus gr.124.m.16.cum collaterali,qui eſt gr.124.2.& eliciemus partem proportionalem eſſe m.14.ſubtrah. cum collateralis ſit minor angulo communi; ſumendo de his m.14. partem proportionalem pro m.3.latitudinis reperiemus competere ſecunda 42. quæ deſeruiunt pro m. 1. Hoc m. 1. ſubtrahendum eſt ab inuenta, & correcta aſcenſione recta; & ſic vera tam ratione longitudinis, quam latitudinis Aſcenſio recta Saturni prodibit gr.125.m.5.

	G.	M.
Aſcenſio recta gr. 2. ♌ cum latit. mer. gr. 0.	124	16
Aſcenſio recta gr. 2. ♌ cum lat. mer. gr. 1.	124	2
Differentia	0	14
Pars proportionalis pro m. 3. latitud. ſub.	0	1

	G.	M.
Aſcenſio recta prius correcta.	125	6
Pars proport. ſubtrahenda	0	1
Vera recta aſcenſio ♄	125	5

Alterum exemplum. Mercurius eſt in gr. 17.m.48.♒ cum gr.1.m.38.latit.merid. Aſcenſio recta gr.27 ♒ ſub gr.1.latit.merid.eſt gr.329.m.35.gradus verò 28. ♒ ſequentis eſt gr. 330.m.33.differentia eſt m.58.de quibus pro minutis 48.vltra integros gr.27. ♒ competent min.46.ſec. (tenenda) 24.hęc m.46. ſi addamus angulo communi gr.329. m.35. recta aſcenſio correcta ratione longitudinis erit gr. 330. m.21. quæ ſeorſum ſeruanda eſt. Facta collatione inter gr. 1. latitud. merid. ibidem cuius aſcenſionem rectam conſpeximus gr.329.m.35.cum gr.2. latit. merid. collaterali, cuius aſcenſio eſt gr.329.m.56.differentia erit min.21.adden.cum numerus collateralis ſit maior angulo communi: pro m.38.latitudinis vltra integrum gradum competent de hac differentia minutorum 21.minuta 13.reiectis ſecundis. Hæc min. 13. ſi addantur inuentæ aſcenſioni rectæ, & ſeorſum ſeruatæ ſcilicet gr. 330. m.21. producent aſcenſionem rectam ☿ omnibus numeris abſolutam gr.330.m.34.vt vides.

	G.	M.
Aſcenſio recta ſeruata	330	21
Pars proportionalis	0	13
Vera Aſcenſio recta ☿	330	34

AD ELICIENDAM ASCENSIONEM, & Deſcenſionem obliquam tam cum latitudine, quam ſine ad omnes Poli Borealis Eleuationes. Cap. VII.

SVb quacumque Poli Altitudine eodem modò eruitur aſcenſio obliqua, quo aſcenſio recta cum eodem ordine vtrarumque tabulæ conſtructæ ſint quod exemplis aliquot elucceſcet. In genitura Excellentiſsimi Principis Columnæ ſub altitudine Poli gr. 41. m. 50. inquiratur aſcenſio obliqua Horoſcopi gradus ſcilicet 10. m. 37. ♋ Primò ingredere Tabulam aſcenſionum obliquarum ſub altitu-

dine Pol.gr.41.m.50; & reperto in ea ſigno ♎ è directo gr.10. occurrent tibi gr. 192.m.45. in colum. o. Latitudinis; & quia vltra integros gradus 10. adſunt min. 37. Corrigenda idcirco eſt obliqua aſcenſio non ſecus atque in recta aſcenſione peregimus hoc modo; facta collatione inter angulum communem gr.10 ♎ cuius obliqua aſcenſio eſt gr.192.m.154. & immediate ſequentem gr.11. ♎ cuius aſcẽſio eſt gr.194. m.1. elicitur differentia gr.1. m.16; de quibus proportionaliter pro m.37. competunt m.47. quæ addita priori aſcenſioni repertæ gr.192,45. efficient veram obliquam aſcenſionem.

	G.	M.
Aſcendentis gr. 193. 32. m.		
Aſcenſio obliq. pro gr. 10. ♎ eſt	192	45
Pars propor. pro m. 37. addenda	0	47
Aſcenſio obliqua Aſcendentis.	193	32

Sub eadem Poli altitudine exploretur obliqua aſcenſio gr.27.m.48. ♎ cum latit.Boreal gr.o.m.40.in quo loco cadunt radij △ ☿. Aſcenſio obliqua è directo gr. 27.eſt gr.214.m.31.in colum.lat.Sept.o.aſcenſio ſequentis gr.28.eſt 215. min.49. differentia eſt gr.1.m.18.de quibus proportionaliter pro min.48.vltra gr.27.conueniunt gr.1.m.2. quæ addita aſcenſioni gr.214.m.31. corrigent aſcenſionem obliquam ratione longitudinis gr.215.m.33. quam ſerua. Æquanda eſt deinceps ratione latitudinis hoc pacto. Si cõferas angulum communem dictum cum collaterali qui eſt gr.115.m.3.videbis differentiam m.32. add. cum *collateralis ſit maior* angulo communi reperto ſub columna nullius latitudinis è directo grad. 27. ♎. de his m.32. pro min.49. latitudinis Septent. competunt min.26. quæ ſi addamus aſcenſioni obliquæ correctæ ratione longitudinis habebimus obliquam aſcenſionem gr.27. ♎ cum latit.Septentr.gr.o.m.49. abſolutam graduum 215.m.59.

Aliud exemplum. Sub altitud.Pol.gr.37.ſub gr.1. m.o. latitudinis Merid. è directo gr.13. ♓ loci ♀ in genitura Excellentiſsimi Principis, aſcenſio obliqua eſt gr.350. m.31. Facta collatione cum immediatè ſequenti pro venanda differentia, & elicienda parte proportionali (cum ♀ ſit in gr.13.m 31. ♓) cum gradus 14. ♓ aſcenſio obliqua ſit gr.351. m.9. inueniemus differentiam eſſe m.38; Pro min.31. competunt.m.20.quæ addita gr.350.m.31.conſtituent veram ♀ obliquam aſcenſionem gr.350.m.51.

Aliud exemplum ſit ſub altitudine Pol. gr. 44. Exploretur aſcenſio obliqua gr. 22.m.47 ♋. cum latitud.Septentr.gr.4.m.20. E directo gr.22.♋ ſub columna.latit.Sept.gr.4. aſcenſio obliqua eſt gr.86.m.52; aſcenſio immediatè ſequens eſt gr. 88.m.11. Differentia eſt gr.1. m.19; proportionaliter pro m.47. vltra gradus integros 22.longitudinis competent gr.1.m.2. qui numerus additus aſcenſioni gr.86. m.52. efficiet aſcenſionem correctam ratione longitudinis gr.87. m.54; Facta deinde collatione repertæ aſcenſionis ſub col.gr.4.latitud.Septentr.gr.86.m.52.cum collaterali cuius aſcenſio eſt gr.85.m.42. differentia eſt gr.1. m.10. demenda quia collateralis eſt minor; pro minutis 20.latitudinis vltra gr.4.competent.m.23.quæ ablata à correcta aſcenſione ratione longitudinis gr.87. m.54. conſtituent veram aſcenſionem obliquam gr.87.m.31.

G.M.

	G.	M.
Aſcenſio obliqua ſub 4. gr. latit. Bor. cum gr. 22. ♋	86	52
Aſcenſio obliqua cum gr. 23. ♋ ſequenti	88	11
Differentia	1	19
Pars proportionalis pro minut. 37. addenda eſt.	1	2
Aſcenſio obliqua correcta ratione longitudinis eſt.	87	54
Pars proportionalis pro m. 20. latitud. ſubtrah.	0	23
Vera obliqua aſcenſio loci propoſiti erit.	87	31

Deſcenſio obliqua eſt æqualis aſcenſioni loci oppoſiti, cuius vſus in noſtris Tabulis erit ad libitum, cum diſcamus dirigere in parte cœli aſcendente, etiam ſtellas exiſtentes in deſcendente, vt diximus. Pro colligenda ergo obliqua deſcenſione ſumenda eſt aſcenſio obliqua loci oppoſiti cum latitudine contrariæ denominationis, ſi quam habuerit; Vt de Aſcenſionibus dictum eſt. Repertæ deinde aſcenſioni obliquæ loci oppoſiti, addenda eſt medietas circuli, ideſt grad. 180. ſi locus cuius quæris deſcenſionem eſt in poſteriori medietate circuli, ſcilicet à primo ♎ vſq; ad finem ♓; & minuenda ſi fuerit in priori à primo ♈ vſque ad finem ♍; & quod conſtabit erit deſcenſio obliqua; exẽplis res fiet lucida. Sub eleuatione Pol. gr. 44. exploretur obliqua deſcenſio abſq; Latitudine gr. 20. ♉ Locus oppoſitus eſt gr. 20. ♏ cuius aſcenſio obliqua eſt gr. 245. m. 36. è quibus ſublatis gr. 180. (cum inquiratur deſcenſio in priori ſemicirculo) remanet deſcenſio obliqua gr. 65. m. 36.

Alterum exemplum. In eleuatione Poli gr. 37. exploretur deſcenſio obliqua ♀ in genitura Excellentiſſimi Principis in gr. 13. m. 31. ♓ cum latitudine gr. 1. m. 0. Meridian. locus huic oppoſitus eſt gr. 13. m. 31. ♍ cum latit. gr. 1. m. 0. Septentr. Aſcẽſio obliqua gr. 13 ♍ in Altitudine Pol. 37. cum latit. Bor. gr. 1. m. 0. eſt gr. 158. m. 57. immediate ſequentis eſt gr. 160 m. 11. differentia inter vtroſque eſt gr. 1. m. 14 pars proportionalis pro m. 31. eſt m. 38; quæ addita inuentæ aſcenſioni gr. 158. m. 57. conſtituent veram aſcenſionem obliquam gr. 159. m. 35; His ſi addantur gr. 180. cum quæritur deſcenſio in poſteriori ſemicirculo, conſtituent veram ♀ deſcenſionem obliquam gr. 339. m. 35. Res non eget alia explicatione.

ASCENSIONE RECTA COGNITA, QVOMODO *indagetur quis gradus Zodiaci illi reſpondeat.* Cap. IIX.

IN tabula aſcenſionum rectarum quære propoſitam rectam aſcenſionem, & è directo in ſiniſtro latere reperies gradus ſigni, illi correſpondentes; exempli gra. ſi exploretur, quis eclipticæ arcus debeatur aſcenſionibus rectis gr. 125. m. 18. in præfata Tabula illicò reperietur illis conuenire gr. 3. ſigni ♌. Verum ſi rectam aſcenſionem propoſitam preciſe non inueneris in area, ſeu angulo communi, facienda eſt tunc temporis collatio inter repertam, & immediate ſequentem, & harum differentia erit portio, quæ debetur vni gradui Zodiaci; poſteà aſcenſionem rectam primo reperteam, & minorem ſubtrahe ab aſcenſione propoſita, & vtere regula, Trium ducendo hoc vltimò ſubtractum in 60; & diuidendo productum per

differentiam, ſeu portionem debitam vni gradui eclipticæ; & quod conſurget addendum eſt gradibus Zodiaci primò inuentis: exemplo melius rem intelliges. Sit recta aſcenſio gr. 103. m. 32. videamus quis gradus ſigni Zodiaci illi conueniat. In tabula aſcenſionum rectarum è directo gr. 12. ♋ reperitur aſcenſio gr. 103. min. 3. nec exquiſite, gr. 103. min. 32. facta idcirco collatione inter hunc gr. 103. min. 3. & ſequentem gr. 104. min. 8. differentia eſt gr. 1. min. 5. & ſimul min. 65. portio videlicet debita vni gradui eclipticæ, & hic eſt primus numerus pro regula triũ; Subtracta deinde aſcenſione gr. 103. m. 3. ab aſcenſione propoſita gr. 103. m. 33; remanent m. 29. & hic eſt ſecundus numerus pro regula, tertius autem ſemper eſt, 60; nunc ducamus ſecundum in tertium ideſt 29. in 60. & producetur 1740; qui numerus ſi diuidatur per primum 65; elicientur m. 27. abiectis aliquibus ſecundis, quæ addenda ſunt grad. 12. ♋; & ſic grad. 12. m. 27. ♋ erit conreſpondens rectis aſcenſionibus gr. 103. m. 32. poſitis in M. C. in genitura Excellentiſſimi Principis Columnæ.

DATA ASCENSIONE, VEL DESCENSIONE *obliqua ſub quacunque Poli Altitud. quomodo indagetur, quis Eclipticæ gradus illi conueniat.* Cap. IX.

INgredere Tabulam aſcenſionum obliquarum, ſub eleuatione Poli loci propoſiti, & cum gradibus obliquæ aſcenſionis è directo ſiniſtrorſum inuenies gradus ſigni, illi conreſpondentes, non ſecus ac diximus cap. præcedenti: Sed ſi præcisè numerus non reperiatur tunc accipe angulum communem minoris aſcenſionis, & conferre cum maiori immediate ſequenti, vt elicias portionem debitam vni gradui eclipticæ, quæ eſt primus numerus pro regula; poſtea angulum communem, & minoris aſcenſionis ſubtrahe ab aſcenſione obliqua propoſita, vt prodeat differentia, & ſecundus numerus ducendus in 60; productum vltimò, diuidatur per primum, & quod conflabitur addendum gradibus Zodiaci repertis cum aſcẽſionibus minoribus. Exemplum. Sub Pol. altit. gr. 41. m. 50. Romæ indagetur quis gradus eclipticæ debeatur obliquis aſcenſionibus gr. 192. m. 32. poſitis in Horoſcopo Excellentiſs. Principis.

In tabula obliquarum aſcenſionum ſub dicta Pol. altitud. è directo gr. ♎ reperitur aſcenſio obliq. gr. 292. m. 45. vſque ad gr. 193. m. 32. deſunt. m. 47. Nunc facta collatione inter gr. 12. ♎ cuius obliqua aſcenſio eſt gr. 192. m. 45. & gr. 13. ♎ cuius aſcenſio eſt gr. 194. m. 1. elicitur differentia pro vno grad. Eclipticæ gr. 1. m. 16. & ſimul min. 76. & eſt primus numerus, ſecundus eſt m. 47. quæ deſunt, tertius eſt 60. ducto ſecundo in tertium conflabitur 1820. quo diuiſo per primum, ideſt m. 76. prodibunt m. 37. quæ addita gradibus repertis cum minori aſcenſione, ideſt gr. 10. ♎ conſtituent gr. 10. min. 37. ♎ conreſpondentes obliquis aſcenſionibus gr. 193. min. 32.

Si exploretur quis gradus Eclipticæ conueniat datæ obliquæ deſcenſioni, ſic procede. Si deſcenſio obliqua ſit in priori ſemicirculo, ideſt non ſit maior gr. 180. nunc adde deſcenſioni gr. 180. & quære gradum Eclipticæ conreſpondentem huic aggregato, & ab inuento gradu ſigni ſi demas ſigna ſex, habebis gradum eclipticæ conreſpondentem obliquis aſcenſionibus.

Si

Si deſcenſio obliqua ſit in poſteriori ſemicirculo, detrahendus eſt ab ipſa ſemicirculus, ideſt gr. 180. & cum aggregato, reperto gradui eclipticæ, addenda ſunt ſex ſigna, vt prodeat gradus deſcenſioni conueniens. Exempli gratia. In eleuatione Poli Romæ ſit deſcenſio obliqua gr. 13. m. 32. addendi ſunt huic grad. 180. cum ſit inpriori ſemicirculo, & fient 193. 31. quibus vt diximus correſpondet gr. 10. m. 37. ♎ ab his ſi demantur ſex ſigna communia, prodibunt grad. 10. m. 37. ♈ correſpondentes deſcenſionibus gr. 13. m. 32.

Exemplum in poſteriori ſemicirculo. Sit deſcenſio obliqua ſub altitudine Poli 44. gr. 205. m. 22. ſi ab his detrahantur gr. 180. remanebunt gr. 25. m. 22. quibus ad vnguem correſpondent gr. 14. ♉. Si demum addantur ſex ſigna, prodibit verus locus eclipticæ gr. 14. ♏ conueniens gr. 205. m. 22. deſcenſionis obliquæ.

Si lubet indagare locum Zodiaci debitum datę aſcenſioni in eleuatione Poli cũ gr. & minutis, vt exempli gratia in eleuatione Poli gr. 44. m. 20. Tunc operare per Tabulam minoris eleuationis, ideſt gr. 44. poſtea per Tabulam maioris eleuationis, ideſt poli 45. & de differentia graduum, & minutorum eclipticæ, ſume partem proportionalem pro minutis, qui adiacent integris gradibus Poli eleuationis. Hæc pars proportionalis addenda eſt arcui eclipticæ computato per Tabulam maioris; vel minuenda, ſi locus computatus cum minori eleuatione fuerit maior computato per Tabulam maioris eleuationis Poli. Exempli gratia in eleuatione Poli grad. 44. debetur aſcenſioni obliquæ grad. 9. m. 9. gr. 17. ♈ m. 0. In eleuatione Poli 45. gradibus 9. m. 9. aſcenſionis conuenit gr. 17. m. 27. ♈. differentia inter hunc, & primum ſcilicet gr. 17. m. 0. eſt m. 27. de quibus ſi ſumatur pars proportionalis ſecundum proportionem min. 20. vltra integros gr. 44. Poli eleuationis conſurget minutorum 9. addend. gradibus 17. ♈. m. 0. cum ſit numerus minor computatus cum eleuatione Poli gr. 44. quam computatus cum eleuatione Poli grad. 45. & ſic verus locus Zodiaci, qui debetur gradibus 9. min. 9. aſcenſionis obliquæ ſub altitud. poli grad. 44. min. 20. erit grad. 17. min. 9. ♈. Similiter cadit in omnibus ſi rectè regulas didiceris.

Cæterùm aſcenſio ſtellæ, ſiuè puncti Eclipticæ eſt arcus circuli Æquinoctialis à principio Arietis ſecũdum ordinem ſignorum numératus vſquè ad Ortiuum Horizontem dùm ſtellæ ſeu punctum eclipticæ dictum Horizontem attingit.

Deſcenſio eſt eiuſdem Æquinoctialis arcus à principio Arietis ad Horizontem Occiduum dùm ſtella, vel eclipticæ locus attingit lineam Occidentalem.

Mediatio Cœli eſt ſimiliter arcus Æquinoctialis à principio Arietis vſque ad ſtellam, vel aliud punctum eclipticæ dùm attingit Meridianum.

Pro diuerſo ſitu Æquinoctialis Circuli reſpectu Telluris aſcenſiones, & deſcẽſiones ſubeunt varietatem, In ſphæra namquè recta quando Mundi Poli coincidunt cum Horizonte, & æquinoctialis tranſit per Zenith, & Verticem, cum dictus Circulus interſecet Horizontem ad angulos rectos, aſcenſiones, & deſcenſiones ſunt rectæ: Dum Polus eleuatur ſupra Horizontem, cum ſeparetur Æquinoctialis à Zenith, ac interſecet Horizontem ad angulos obliquos, aſcenſiones, & deſcenſiones ſunt obliquæ.

Aſcenſiones rectæ ſuppuantur ratiocinio triangulorum; obliquæ verò adhibita differentia aſcenſionaliam aſcenſionibus rectis.

Aſcenſio recta loci in ecliptica indagatur tali pacto ex triangulo.

Sicut radius ad tangentem diſtantię loci ab Æquinoctio proximo; ita ſinus cõplementi

plementi Declinationis maximę ad tangentem rectę aſcenſionis.

Quæratur recta aſcenſio grad. 19. Arietis. Declinatio maxima eſt gr. 23. m. 32. complementum ad 90. eſt 66. m. 28. cuius ſinus 91683. tangens gr. 19. diſtantiæ à principio Arietis eſt 34433. tunc.

Sicut rad. 100000. ad 34433. ita 91683. ad 31569. (abiectis quinque primis figuris) quibus reſpondet aſcenſionis rectę gr. 17. m. 31.

Pro indaganda aſcenſione recte cum latitudine.

Sicut ſinus complementi declinationis ſumptæ cum latitudine ſi locus cuius quæritur recta aſcenſio eam obtinuerit, ad ſinum complementi diſtantiæ dicti loci à proximo ſolſtitio; ita ſinus complementi latitudinis ad arcum Æquinoctialis diſtantem ab ſolſtitio Cancri, aut Capricorni. Exemplum.

Quæratur aſcenſio recta grad. 20. Geminorum cum latitud. Merid. gr. 4. o Gradus 20. ♊ diſtat à ſolſtitio ♋ gr. 10. cuius declinatio cum latitud. gr. 4. Merid. eſt gr. 19. m. 9. eius complementum eſt gr. 70. m. 51. cuius ſinus 94466. Sinus grad. 10. diſtantiæ à Coluro eſt 17365. Complementum latitudinis gr. 4. eſt gr. 86. cuius ſinus 99766. Tunc.

Sicut 94466. ad 17365. itá 99766. ad 18335. quibus in tabella ſinuum reſpondent aſcenſionis grad. 10. 34. qui ſublati à grad. 90. ſolſtitio Cancri remanet recta aſcenſio gr 75. m. 26. Sciendum quod ſi locus cuius quæritur aſcenſio recta fuerit à principio ♈. vſque ad gr. 15. ♉. tunc numeratur à principio Arietis; ſic ſi fuerit à principio ♎ ad gr 15. ♏ numeratur à ♎. Si verò fuerit à gr. 15. ♉ ad principium ♋. tunc ſubtrahitur à principio ♋ quemadmodum ſi fuerit à gr. 15. ♏ ad principium ex ſubtratatus à principio Capricorni, & gr. 270.

DE DIFFERENTIA ASCENSIONALI, ET Illius Vſu præcipuo ad indagandas Aſcenſiones, & Deſcenſiones obliquas locorum extra Zodiacum. Cap. X.

EX diuerſa obliquitate circuli Æquinoctialis reſpectu Horizontis variæ vbiquè locorum aſcenſiones, & deſcenſiones contingunt à Rectis, in partibus Eclipticæ, & ſtellis; Varietas hæc vocatur Differentia aſcenſionalis, Arcus nempè æquatoris inter duo puncta ipſius, cum quorum altero oriuntur, & occidunt in ſphæra recta, & cum altero in obliqua, puncta cœleſtia vel in ecliptica vel extra eam verſus Auſtrum, vel Septentrionem; quæ differentia eò eſt maior, quo magis partes recedunt ab Æquinoctiali. Huius differentiæ aſcenſionalis ope conſtructæ ſunt Tabulæ Aſcenſionum obliquarum ad quamlibet Poli eleuationem: ſi namquè differentia aſcenſionalis ſubtrahatur ab Aſcenſione recta in primo ſemicirculo, & ſignis Borealibus; & addatur in ſecundo ſemicirculo, & ſignis Auſtralibus, emerget aſcenſio obliqua. Cuius contrarium in Deſcenſione contingit, quę vt prodeat obliqua in primo ſemicirculo differentia Aſcenſionalis addenda, in poſteriori ſubtrahenda eſt ab recta Aſcenſione.

Poſuimus Tabulas Differentiarum Aſcenſionalium, vt Aſcenſiones, & Deſcenſiones obliquę poſſint extrahi ad ſingulas Poli eleuationes pro Stellis quamcumque latitudinem ſeu Borealem, ſeu Meridianam obtinentibus; cum in Tabulis noſtris tantummodò Aſcenſiones obliquæ ſint conſtructæ cum latitudine nouem gr.

A cuius

A cuius tamen calculi tædio Aſtrophilos ſubleuauit D. *Andreas Moretus* Academiæ Deliæ Patauij Mathematicus familiaris noſter in ſuo de Stellis Fixis Opere, Vbi inſigniorum Stellarum Fixarum quamplurimarum Aſcenſiones, & Deſcenſiones obliquas Ortus, & Occaſus ad ſingulos gradus eleuationis Poli ab 1. ad 60. ſupputauit labore haud pœnitendo.

Differentia Aſcenſionalis apud nos ſumitur in Tabula ex declinatione loci cuius differentia quæritur ad quamcumque Poli altitudinem; ex directo enim gr. declinationis in columna gradus Altitudinis Poli, elicietur differentia dicta, ſi locus ea præditus fuerit. Exemplum.

Quæratur Aſcenſionalis differentia grad. 15. ♌ ſub eleuat. Poli gr. 45. Venetijs, huius loci declinatio eſt gr. 16. m. 24. cum quibus ingreſſi tabulam Differentiarum in columna 45. e directo grad. 16. reperiemus differentiam gr. 16. 40. Declinatio eſt 16. m. 24. cum in grad. 17. declinationis ſit diſtantiæ gr. 17. m. 48. pro gradu latitudinis variat differentia gr. 1. m. 8. de quibus pro min. 24. competent m. 27. rejectis ſecundis; & differentia aſcenſionalis gr. 15. ♌ erit gr. 17. m. 7.

Huius loci 15. ♌ aſcenſio recta eſt gr. 137. 29. à quibus ſi ſubtrahatur differentia Aſcenſionalis gr. 17. 7. cum ſit ♌ in primo ſemicirculo, obliqua aſcenſio erit gr. 120. m. 27. ſub Pol. 45. Si quæratur deſcenſio obliqua gr. 15. ♒; vbi cum ſit eadem declinatio erit eadem differentia Aſcenſionalis grad. 17. 7. Aſcenſio recta gr. 15. ♒ eſt gr. 317. 29. addita differentia aſcenſionali conſurget Aſcenſio obliqua grad. 334. gr. 36.

Eodem pacto contingit in aſcenſione obliqua ſumendo cum latitudine. Quæratur aſcenſio obliqua ſub eleuat. Poli gr. 48. grad. 12. ♌ cum latitudine grad. 6. 0. Boreal. Declinatio huius loci eſt gr. 23. 0. quæ in tabella Differentiarum Aſcenſional. ſub columna 48. e directo dat differentiam gr. 28. m. 8. Aſcenſio gr. 12. ♌ cum latit. gr. 6. Bor. eſt gr. 136. 18. à qua ſi ſubtrahatur differentia gr. 28. m. 8. emerget aſcenſio obliqua gr. 108. 16.

Colligitur autem differentia Aſcenſionalis ex Triangulo hoc pacto. Sicut rad. ad tangent. eleuationis Poli, ita tangens declinationis puncti, cuius quæritur differentia ad ſinum Differentiæ Aſcenſionalis. Exemplum. Quæratur differentia aſcenſionalis ſub eleuat. Pol. gr. 42. erit hoc pacto. Declinatio gr. 20. ♌ eſt grad. 14. m. 52. cuius tangens 26546, tangens gr. 42. eleuationis Pol. 90040.

Sicut 100000. ad 26546. ita 90040. ad 23902. quibus reſpondent in tabella ſinuum gr. 13. 50. Differentiæ aſcenſionalis.

DE DIVISIONE PARTIVM IN Figura Cæleſti. Cap. XI.

COEleſtis figura diuiditur in duas partes, in aſcendentem, & deſcendentem. Aſcendens vocatur medietas, quæ eſt à medio cœli, ſiue linea meridiana ad imum cœli per viam orientis, & Horoſcopi, & ſic domus 10. 11. 12. 1. 2. 3. ſunt in parte cœli aſcendente; deſcendens dicitur quæ eſt à medio cœli, vſque ad imum per partem occidentis, cuiuſmodi ſunt 9. 8. 7. 6. 5. 4. domus. Planetæ, vel aliud dirigendum permanens in parte cœli aſcendente, dirigitur per aſcenſiones; exiſtens verò in parte deſcendente, per deſcenſiones; hæc diximus cum ſint neceſ-

faria

ſuria ad directoriam artem; de diuiſione autem figuræ, & alijs, copioſiſſimè diximus in noſtris Ephæmeridibus; ſolum notandum, quod à linea Orientali ad Occidentalem verſus medium cæli, dicitur ſupra terram; ab Orientali verò ad Occidentalem verſus imum cæli, dicitur ſub terra.

PRO INVENIENDA DISTANTIA *Stellæ à Meridiano, ſeu Medio Cæli.* Cap. XII.

SI Stella fuerit inter Decimam domum, & Horoſcopum, tunc deme aſcenſionem rectam medij Cæli ab aſcenſione recta ſtellæ, & quod remanet erit diſtantia à M.C. Exempli gratia. Medium Cæli in genitura Excellentiſſimi Columnæ eſt gr. 12. m. 27. ♋ cuius aſcenſio recta eſt gr. 103. m. 32. & Pars fortunæ in dicta geneſi eſt in gr. 8. m. 50. ♌ cuius recta aſcenſio eſt gr. 131. min. 17. Si ab his ſubtrahantur aſcenſiones medij cæli, reſultabit diſtãtia Partis Fort. à M.C. grad. 27. m. 45. hoc pacto.

	G.	M.
Aſcenſio recta Partis fortunæ	131	17
Aſcenſio M. C. recta ſubtrahend.	103	32
Diſtantia Partis Fort. a M. C.	27	45

Si Stella fuerit inter M.C. & angulum occidentis, tunc ſubrahe aſcenſiones rectas Stellæ, ab aſcenſionibus rectis M.C. & reſiduum erit diſtantia à M C.

Si Stella ſit inter lineam occidentis, & Imum Cæli, ſiue domum quartam, tunc ſubtrahe aſcenſiones rectas I. C. ab aſcenſionibus rectis Stellæ, & habebis diſtantiam Stellæ ab imo Cæli.

Si fuerit ſtella inter aſcendentem, & I. C. tunc ſubtrahuntur aſcenſiones rectæ Stellæ, ab aſcenſionibus Rectis I. C. eodem enim modo operatio conſurgit inter M. C. & aſcendentem, quo inter lineam Occidentis, & I. C. eodemque modo inter M. C. & Occidentalem angulum, quo inter aſcendentem, & I. C. cum oppoſitorum eadem ſit ratio. res ex ſe clara eſt.

DE DIRECTIONE MEDII COELI, *& Aſcendentis.* Cap. XIII.

SI dirigendus ſit Meridianus, vel linea medij Cæli, ſiue Stella in meridiano exiſtens, ſubtrahe aſcenſiones rectas medij Cæli ab aſcenſionibus rectis promiſſoris acceptis cum latitudine ſi promiſſor ea præditus fuerit, & quod remanſerit erit directio quæſita. Exempli gratia. In geneſi Excellentiſſimi Principis dirigendum ſit medium Cæli ad gr. 0. m. 0. ♌. Aſcenſio recta M.C. eſt gr. 103. m. 32. aſcenſio recta primi puncti ♌ eſt grad. 122. min. 12. ſubtractis ad his, aſcenſionibus M. C. remanebunt gr. 18. m. 40.

	G.	M.
Aſcenſio recta grad. 0. m. 0. ♌	122	12
Aſcenſio recta med. C. in gr. 12. m. 27. ♋	103	32
Directio	18	40

Diri-

Dirigatur idem M. C. ad ☌ ♄, qui eſt in gr. 2. min. 48. ♌ cum grad. o. min. 3. altitud. merid. aſcenſio recta Saturni, vt ſupra diximus eſt grad. 125. min. 5. à quibus ſubtractis aſcenſionibus rectis M. C. conſurget directio quæſita, hoc modo,

	G.	M.
Aſcenſio recta Saturni.	125	5
Aſcenſio recta M. C.	103	32
Directio quæſita	21	33

Alterum exemplum Pars Fortunæ eſt in grad. 8. min. 50. ♌ eius recta aſcenſio per cap. 4. eſt grad. 131. min. 17. ſi ab his ſubtrahatur recta aſcenſio, prodibit directio grad. 27. min. 45.

	G.	M.
Aſcenſio recta Partis Fort.	131	17
Aſcenſio recta M. C.	103	32
Directio	27	45

Martis oppoſitum cadit in gr. 17. min. 31. ♌ cum latitud. Septentr. grad. o. m. 14. cuius loci recta aſcenſio eſt grad. 140. min. 3. ſi ab his auferatur aſcenſio M. C. Directio erit grad. 36. m. 31.

	G.	M.
Aſcenſio recta ☍ ♂.	140	3
Aſcenſio M. C.	103	32
Directio	36	31

Vltimum exemplum oppoſitio ♃ cadit in grad. 22. min. 11. ♌ in genitura Excellentiſſimi Principis cum grad. o. m. 25. latitud. Septentr. cuius aſcenſio recta eſt grad. 144. min. 42. ſi auferamus ab his rectas aſcenſiones habebimus directionem grad. 41. min. 10. tribuendo cuilibet gradui annum vnum, & ſingulis quinque minutis menſem, M. C. peruenit ad ☍ ♃ directione anno 41. completo menſe ſecundo completo 1576. Aprilis.

HOROSCOPVS, Aſcendens, ſiue Orientalis linea dirigitur ad ſuos Promiſſores per aſcenſiones obliquas conuenientes Poli eleuationi tuæ Ciuitatis: ſubtrahuntur enim obliquę Aſcenſiones Aſcendentis ab obliquis aſcenſionibus Promiſſoris, & quod reſultabit erit directio explorata. Exempli gratia, dirigamus Horoſcopum in Excellentiſſimi Principis genitura, qui eſt gr. 10. min. 38. ♎ ad radium quadratum Martis, qui cum ſit in gr. 17. min. 31. ♒ mittit □ ad grad. 17. m. 31. ♏ abſque latitudine cum ſiat in ecliptica.

Sub eleuatione Poli grad. 41. min. 50. Romæ, aſcenſió huius aſcendentis eſt gr. 193. 32. Aſcenſio obliqua grad. 17. min. 31 ♏ eſt gr. 241. min. 2. à quibus ſublatis

aſcenſionibus aſcendentis, remanet grad. 47. min. 30. & ſic aſcendens directione peruenit ad quadratum ♂ anno 47. completo cum menſibus ſex.

Dirigatur præfatus Horoſcopus ad △ ♀, qui cadit in gr. 13. min. 31. ♏ cum lat. Septentr. grad. 0. min. 30. cum debeat accipi media pars latitudinis, & mutari denominatio in Trino, vt diximus cap. 9. Sub eadem Poli eleuatione huius loci aſcenſio obliqua Horoſcopi, directio prodibit gr. 42. m. 1.

	G.	M.
Aſcenſio obliqua △ Veneris,	235	33
Aſcenſio obliqua Horoſcopi	193	32
Directio	42	1

Vltimum exemplum in eleuatione Poli gr. 44. Sit aſcendens gr. 20. min. 15. ♌ cuius obliqua aſcenſio eſt gra. 127. min. 55. dirigatur ad ♄ qui ſit in gr. 12. m. 30. ♏ cum gr. 1. min. 4. latitud. Septentr. cuius obliqua aſcenſio eſt grad. 195. m. 45. ex quibus ſi abijciantur aſcenſiones obliquæ aſcendentis conſurget quæſita directio gr. 67. min. 50. vt vides.

	G.	M.
Aſcenſio obliqua Saturni	195	45
Aſcenſio obliqua Horoſcop.	127	55
Directio	67	50

Si dirigendum ſit Imum Cæli, eodem modo dirigitur quo medium. Si dirigenda ſit linea Occidentalis, tunc ſubtrahendæ ſunt eius deſcenſiones obliquæ, à deſcenſionibus obliquis promiſſoris, & reſiduum erit directio quæſita eodem modo quo in Horoſcopo: hac tamen differentia quod Aſcendens dirigitur per aſcenſiones, Occidens per deſcenſiones, Res non indiget exemplis.

Cæterùm dirigatur Aſcendens ad Arcturum ſtellam extrà Zodiacum, quæ tempore Excellentiſs. Principis erat in gr. 17. m. 39. ſigni Libræ cum latitudinis grad. 31. m. 2. Bor.

Declinatio Arcturi eſt gr. 20. m. 44. Aſcenſio recta gr. 209. 20. In Tabella Differentiarum aſcenſionalium cum grad. 10. m. 44. Declinationis eruuntur ſub altitud. Poli 42. grad. 19. m. 52. qui additi aſcenſioni rectæ (cum ſit in ſecundo ſemicirculo) conſtituunt aſcenſionem obliquam Arcturi gr. 229. 18. à quibus ſubtractis aſcenſionibus obliquis Aſcendentis gr. 193. m. 32. conſurget directio quæſita gr. 35. m. 46. Aſcendentis ad Stellam Martialem, & Iouialem Arcturum: quo tempore 1570. 1571. Pontificiæ claſſis Præfectus in Navali bello contra Turcas à Pio V. creatus eſt.

	G.	M.
Aſcenſio Arcturi gr.	229	18
Aſcenſio Aſcend. gr.	193	32
Directio	35	46

DE

DE CIRCVLIS POSITIONIS.
Cap. XIV.

DIrigenda loca præter Aſcendentem, & M.C. ex Ptolem. ſunt Sol, Luna, & pars Fortunæ, & pro aliquibus cerebri affectionibus obnoxijs Mercurius, qui cum raró ſint in linea meridiana, vel Orientali reliquum eſt, vt diſcamus quomodo dirigantur extra angulos exiſtentes. Pro cuius rei faciliori cognitione ſciendum, quòd circulus, qui tranſit per Zenith noſtrum, & polos mundi eſt circulus Meridianus: Alius verò, cuius Poli ſunt Zenith, & Nadir diſtans ab ijs grad. 90. & interſecans Meridianum bifariam, & ad angulos rectos dicitur Finitor. Cuius vtriuſque ope Æquator in 4. Quadrantes ſemper dirimitur. Alij circuli maximi ducti per eandem comunem interſectionem Meridiani, & Finitoris, Vocantur Circuli Poſitionis, & ſunt tanquam tot Horizontes obliqui, & numero propè infiniti, attamen pro noſtro negotio tot ſolummodò ſunt concipiendi inter Meridianum, & Finitorem, quot ſunt gradus eleuationis Poli Ciuitatis, ſecundum cuius obliquas aſcenſiones, conſtitutus eſt Finitor Orientalis, vt exempli gratia ſub Romæ altitudine ponemus inter Finitorem, & Meridianum interiacere 42. circulos; in eleuatione poli 52. Leodij 52. Poſitionis circuli etiam interiacent, & ſic in alijs.

Dirigendus ergo locus, qui non ſit in Horoſcopo, vel meridiano, artificialiter videndum eſt, in quo horum circulorum interiacentium inter meridianum, & Horoſcopum reperiatur, quo reperto dirigetur per aſcenſiones obliquas illius circuli, ſeu Poli eleuationis ad ſuos Promiſſores, non ſecus, ac ſi eſſet in aſcendente regionis ſub illa poli eleuatione conſtitutæ. Exempli gratia, in genitura prædicta Pars Fort. eſt inter M. Cœli, & orientem, & reperta eſt, vt dicemus in grad. 18. min. 17. circuli poſitionis ex 42. qui interiacent inter Orientem, & M. Cœli ſub Romę altitudine, dirigetur itaque Pars Fort. ad quæcumque loca, ac ſi eſſet aſcendens regionis per aſcenſiones obliquas Poli 18. min. 17. In hoc tota directoria ars conſiſtit; ob id omni ſtudio conabimur facilè, & clarè docere quomodò in quacumque Poli eleuatione reperiatur.

Inuenienda primò eſt declinatio loci dirigendi per tertium Caput, & an ſit meridiana, an Septentrionalis; ſub terra, an ſit ſupra terram: ſecundo videnda eſt diſtantia eiuſdem loci à medio Cæli, quod abſolues per cap. 10. Intra deinde tabulam Poſitionum, conuenientem tuæ Ciuitati, & à ſiniſtra quære diclinationem loci dirigendi in linea prima, deſcendente quidem, ſi declinatio fuerit Septentrionalis ſupra terram, vel meridiana ſub terra; & in deſcendente ſi declinatio fuerit meridiana ſupra terram, vel Borealis ſub terra; è directò gradus declinationis reperiendi ſunt gradus quibus locus dirigendus diſtat à M.C. & illicò in fronte tabulæ ſupra occurret circulus poſitionis, ſeu eleuationis Poli; quod ſi non inueneris gradus declinationis, & minuta ad vnguem, ſicut etiam *gradus diſtantiæ à M.C. accipies numeros propinquiores, & ſic ſine notabili errore, & breuiſſimè aſſequeris intentum: Verùm ſi, ſcrupuloſius hoc negotium pertractaueris, cùm adfuerint minuta vltra integros declinationis gradus, & numerus grad. & min. diſtantiæ à M.C. non erit exactè inuentus; tibi erit in hoc caſu procedendum hoc pacto.*

Si diſtantia Significatoris à M. C. non reperiatur ad vnguem in Tabula poſitio-

tum, vtendum eſt parte proportionali, prout in ſuperioribus egimus: Sumptus enim angulus communis è directo gradus declinationis, conferendus eſt cum collaterali ſequenti, & de differentia (quæ eſt portio competens vni gradui eleuationis Poli) capienda eſt pars proportionalis pro minutis quibus differt angulus communis à diſtantia à M. C. quæ pars proportionalis addenda eſt eleuationi Poli inuentæ, & habebis eleuationem ad gradus, & minuta; res indiget exemplo. In genitura Excellentiſſimi Principis pars Fortunæ diſtat à M. C. grad. 27. m. 45. eius declinatio Septent. ſupra terram eſt grad. 18. min. 6. cum hac declinatione in Tabula poſitionum ad latit. Pol. gr. 42. è directo non reperies præciſè diſtantiam à M. C. ſcilicet gr. 27. min. 45. & ob id ſumas proximè minorem, quæ eſt grad. 27. min. 13. & conferas hunc cum collaterali immediatè ſequenti, qui eſt gr. 28. min. 54. & colliges differentiam gra. 1. m. 41. Simul verò min. 101. portionem videlicet quæ debetur vni gradui eleuationis Poli, & vt vides differentia erit primus terminus pro regula Aurea poſtmodum ſume differentiam, quæ eſt inter angulum communem, ideſt grad. 27. min. 13. & diſtantiam a M. C. quæ ponitur grad. 27. 45. & eſt minutorum 32. qui eſt ſecundus Terminus ducendus in tertium, ideſt 60. Ductus ergo ſecundus in tertium conficit 1920. qui ſi diuidatur per primum 101. conſtituet min. 18. addenda primò inuentæ eleuationi ſupra grad. 27. m. 13. ideſt grad. 18. eleuationis poli. Et ſic eleuatio circuli poſitionis, ſeu poli Part. Fort. erit grad. 18. m. 18. Quod ſi declinatio habuerit minuta vltra gradus, tunc ingredere cum declinatione proximè minori, & extrahe circulum poſitionis; deinde extrahe iterum circulum cum declinatione proximè maiori, & de differentia harum eleuationum poli accipe partem proportionalem pro minutis declinationis vltra gradus integros, quam adde primæ extractæ eleuationi, ſi fuerit minor ſecunda, vel deme à prima, ſi fuerit poſtrema maior, exempli gratia, declinatio part. Fortunæ eſt gr. 18. m. 6. manente declinatione grad. 18. min 0. & diſtantia a medio C. grad. 27. min. 45. fuit inuentus circulus poſitionis grad. 18. m. 18. extrahendus eſt etiam circulus cum gr. 19. declinationis hoc modo; angulus communis è directo grad. 19. eſt grad. 27. min. 34. differentia inter hunc numerum, & collateralem ſequentem, ideſt gr. 29. min. 18. erit grad. 1. min. 44. Simul vero m. 104. & hic eſt primus numerus differentia inter angulum communem, & diſtantiam à med. C. eſt min. 11. qui eſt numerus ſecundus, qui ductus in 60. conſtituit 660. hic diuiſus per primum 104. tribuit min. 6. quæ ſunt addenda priori inuentæ eleuationi circuli gr. 18. & ſic circulus poſitionis cum gr. 19. declinationis, & diſtantiæ à med. C. 17. min. 45. erit grad. 18. min. 6. differentia inter repertum circulum cum grad. 18. declinationis, & alterum cum gr. 19. eſt min. 12. quæ eſt portio competens vni gradui declinationis; de quibus pro min. 6. declinationis vltra integros grad. 18. Part. Fort. competit min. 1. reiectis ſecundis 12. hoc ſi ſubtrahatur ab inuento circulo cum gr. 18. m. 0. declinationis videlicet gr. 18. min. 18. conſtituet verum circulum, ſub eleuatione grad. 18. min. 17. Part. Fortunæ.

Cæterùm ſine errore notabili poterit dirigi cum eleuatione Poli 18. ſicut in alijs Caſibus quando vltra gradus ſcrupula non ſuperant 30. nam ſi exceſſerint 30. poterit ſumi gradus ſubſequens.

DE DIRECTIONE SIGNIFICATORVM *extra angulos in parte cœli Aſcendente*. Cap. XV.

SI Significator dirigendus fuerit in parte inter medium cæli, & aſcendentem; tunc habita eius declinatione, & diſtantia à M. C. reperiendum eſt in quo circulo poſitionis permaneat; & à promiſſoris aſcenſionibus obliquis acceptis ſub hac poli eleuatione ſi aſcenſiones obliquę ſignificatoris demantur, reſultabit quęſita directio. Exempli gr. Fortunæ circulus poſitionis ſuperiori capite fuit inuentus gr. 18. m. 17. Aſcenſio obliqua gr. 8. m. 50. ♌ loci partis Fort. ſub altit. Pol. gr. 18. (relinquamus pro faciliori doctrina m. 17. eleuat.) eſt gr. 125. m. 11. Si dirigatur ad ☍ ☉, quæ cadit in gr. 13. m. 38. ♍, tunc ſubtrahe ab aſcenſionibus obliquis oppoſiti loci Solis, quæ ſub altitudine Pol. gr. 18. ſunt grad. 162. m. 50. obliquas aſcenſiones Partis Fortunę, & prodibit directio quęſita gr. 37. m. 39.

	G.	M.
Aſcenſio obliqua oppoſiti Solis ſub Alt. pol. gr. 18.	162	50
Aſcenſio obliqua ſub eadem altitudine Fortunę.	125	11
Directio quęſita.	37	39

